This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Indian Institute, Oxford.

THE MALAN LIBRARY

PRESENTED

BY THE REV. S. C. MALAN, D.D.,

VICAR OF BROADWINDSOR,

January, 1885.

100 A5

BODLEIAN
13 JAN 1928
LIBRARY

PHAEDRI
AUGUSTI LIBERTI
FABULARUM
AESOPIARUM
LIBRI V.
CUM APPENDICE DUPLICI.

ACCEDUNT ET

AVIANI ET FAERNI
FABULAE.

ACCURATE EDIDIT

ICTIBUSQUE METRICIS INSTRUXIT

C. H. WEISE.

EDITIO STEREOTYPA.

LIPSIAE

SUMTIBUS ET TYPIS CAROLI TAUCHNITII.

1829.

Ladenpreis 3 Groschen.

uas brevi ante exhibuit Tauchnitius cel. de novo usum scholarum Romanorum scriptorum forma editiones, Virgilii, Horatii, Nepotis, Ovidii, tropii, Terentii, Taciti, novis his typis Angli- excusas, iis iam et Phaedrum, eadem cura ca- gatum et perpolitum, adiungere placuit. Quam- em, quo purior exsisteret tersiorque libellus, nis, quae adhiberi potuit, collocata est diligen- . Textus accurate est correctus, mendisque, speramus, omnibus solutus; interpunctionis ae ceteris iusta ubique cura habita; quo melius tem scansioni versuum consuleretur, ei in Phae- i, quas olim Bentleius insigniverat, cuius ta- n textus recensionem exscribere hic noluimus; in reliquis fabellis, senariorum ictus apicibus sitis ubique notati sunt. Caeterum fabularum ies, servato ordine, qui in codicibus obtinet, dem, quae in superiore editione Tauchnitiana nparet.

Sed largissimus auctissimusque hic liber ex- tit appendiciarum fabularum copia adiecta num additae sunt fabulae anonymi veteris,

·o Divisionensi prosaico exscriptae et a P. rmanno in versus redactae; deinde fabulas, ii cuiusdam Phaedri quae feruntur, ex ea re- sione, qua primum anno hui. Saec. XI ex co- e Neapolitano a Ianellio editae sunt, paucis tatis descriptas, altera complectitur appendix ›ag. septuagesima nona Sequuntur post has bulae Flavii Aviani, seu, ut Wernsdorfius 't, Flaviani, Theodosio, non imperatori, sed, ut m existimat, Macrobio Theodosio, Saturna- n auctori, dicatae. Dignissimae denique lectu, uti et olim, quum nondum Phaedrus a Petro hoeo ex libris manuscriptis erat editus, unice ebantur, et paene pares Phaedrinarum, ac- lunt integrae Gabrielis Faerni, Cremonensis, Saec. XVI. centum fabellae, secundum novis- ıam earum, quae prodiit, editionem, a Boysenio ·atam, paucis tamen, vel ob sensum, vel pro- r metri rationem, correctis et mutatis.

E quibus omnibus aut singulis ut quam pluri- m et usus et oblectationis lectores percipiant, ım maximè optamus.

Scr. Lipsiae m. Dec. MDCCCXXV.

PHAEDRI
AUGUSTI LIBERTI
FABULARUM AESOPIARUM
LIBER PRIMUS.

PROLOGUS.

Aesópus auctor quám materiam réperit,
Hanc égo polivi vérsibus senáriis.
Dupléx libelli dós est: quod risúm movet,
Et quód prudenti vítam consilió monet.
Calúmniari sí quis autem vóluerit,
Quod árbores loquántur, non tantúm ferae:
Fictís iocari nós meminerit fábulis.

I.

Lupus et Agnus.

Ad rívum eundem Lúpus et Agnus vénerant,
Sití compulsi: súperior stabát Lupus,
Longéque inferior Ágnus: tunc fauce ímproba
Latro íncitatus, iúrgii causam íntulit.
Cur, *inquit*, turbuléntam mihi fecísti aquam
Istám bibenti? Lániger contrá timens:

Qui póssum, quaeso, fácere, quod quererís, I
A té decurrit ád meos haustús liquor.
Repúlsus ille véritatis víribus,
Ante hós sex menses mále, ait, dixistí mihi
Respóndit Agnus: Équidem natus nóm erai
Pater hércule tuus, ínquit, maledixít mihi.
Atque íta correptum lácerat iniustá nece.
Haec própter illos scrípta est homines fá
Qui fíctis caussis ínnocentes ópprimunt.

II.

Ranae Regem petentes.

Athónae cum florérent aequis légibus
Procáx libertas cívitatem míscuit,
Frenúmque solvit prístinum licéntia.
Hinc cónspiratis fáctionum pártibus,
Arcém tyrannus óccupat Pisístratus.
Cum trístem servitútem flerent Áttici,
Non quía crudelis ílle; sed quoniám grave
Omne ínsuëtis ónus, et coepissént queri:
Aesópus talem túm fabellam rétulit.
Ranaé, vagantes líberis palúdibus,
Clamóre magno régem petiere á Iove,
Qui díssolutos móres vi compésceret.
Patér Deorum rísit, atque illís dedit
Parvúm Tigillum, míssum quod subitó vac
Motú sonoque térruit pavidúm genus.
Hoc mérsum limo cúm lateret diutius,
Forte úna tacite prófert e stagnó caput,
Et éxplorato rége cunctas évocat.
Illaé, timore pósito, certátim ádnatant,
Lignúmque supra túrba petulans ínsilit:
Quod cum ínquinassent ómni contumélia,
Aliúm rogantes régem misere ád Iovem;
Inútilis quoniam ésset, qui fuerát datus.

Tum mísit illis Hýdrum, qui dente áspero
Corrípere coepit síngulas: frustrá necem
Fugitánt inertes: vócem praecludít metus;
Furtim ígitur dant Mercúrio mandata ád Iovem,
Adflíctis ut succúrrat. Tunc contrá Deus:
Quia nóluistis véstrum ferre, inquít, bonum;
Malúm perferte. Vós quoque, o cívés, ait,
Hoc sústinete, máius ne veniát, malum.

III.

Graculus superbus et Pavo.

Ne glóriari líbeat alienís bonis,
Suóque potius hábitu vitam dégere;
Aesópus nobis hóc exemplum pródidit.
Tuméns inani Gráculus supérbia,
Pennás, Pavoni quaé deciderant, sústulit,
Seque éxornavit: deínde contemnéns suos
Formóso se Pavónum immiscuít gregi.
Illi ímpudenti pénnas eripiúnt avi,
Fugántque rostris. Mále mulcatus Gráculus
Redíre moerens coépit ad propriúm genus:
A quó repulsus tristem sustinuít notam.
Tum quídam ex illis, quós prius despéxerat:
Conténtus nostris sí fuisses sédibus,
Et, quód natura déderat, voluissés pati,
Nec íllam expertus ésses contuméliam,
Nec hánc repulsam túa sentiret cálamitas.

IV.

Canis per fluvium carnem ferens.

Amíttit merito próprium, qui alienum áppetit.
Canis per flumen, cárnem dum ferrét, natans,
Lymphárum in speculo vídit simulacrúm suum:

Aliámque praedam ab álio deferrí putai
Erípere voluit: vérum decepta áviditas
Et, quém tenebat óre, dimisít cibum,
Nec, quém petebat, pótuit adeo attínge

V.

Vacca et Capella, Ovis et I

Nunquam ést fidelis cúm potente sócie
Testátur haec fabélla propositúm meun
Vacca ét Capella, et pátiens Ovis init
Socií fuere cúm Leone in sáltibus.
Hi cúm cepissent cérvum vasti córporis
Sic ést locutus, pártibus factís, Leo:
Ego prímam tollo, nóminor quoniám L
Secúndam, quia sum fórtis, tribuetís m
Tum, quía plus valeo, mé sequetur tér
Malo ádficietur, sí quis quartam tétige
Sic tótam praedam sóla improbitas ábs

VI.

Ranae ad Solem.

Vicíni faris célebres vidit núptias
Aesópus, et contínuo narrare íncipit:
Uxórem quondam Sól cum vellet dúc
Clamórem Ranae sústulere ad sídera.
Convício permótus quaerít Iúpiter
Causám querelae. Quaédam tum stag
Nunc, ínquit, omnes únus exurít lacus,
Cogítque miseras árida sede émori.
Quidnám futurum est, sí crearit Iíberos

VII.

Vulpis ad Personam tragicam.

Persónam tragicam fórte Vulpis víderat:
O quánta species, ínquit, cerebrum nón habet!
Hoc íliis dictum est, quíbus honorem et glóriam
Fortúna tribuit, sénsum communem ábstulit.

VIII.

Lupus et Gruis.

Qui prétium meriti ab ímprobis desíderat,
Bis péccat: primum, quóniam indignos ádiuvat;
Impúne abire deínde quia iam nón potest.
Os dévoratum faúce cum haererét Lupi,
Magnó dolore víctus, coepit síngulos
Illícere pretio, ut íllud extraherént malum.
Tandém persuasa est iúreiurandó Gruis,
Gulaéque credens cólli longitúdinem,
Periculosam fécit medicinám Lupo.
Pro quó cum pactum flágitaret praémium:
Ingráta es, inquit, óre quae nostró caput
Incólume abstuleris, ét mercedem póstules.

IX.

Passer et Lepus.

Sibi nón cavere, et áliis consiliúm dare,
Stultum ésse, paucis óstendamus vérsibus.
Oppréssum ab Aquila, flétus edentém graves,
Leporem óbiurgabat Pásser: Ubi pernícitas
Nota, *inquit*, illa est? quíd ita cessaránt pedes?
Dum lóquitur, ipsum Accípiter necopinúm rapit
Questúque vano clámitantem intérficit.

Lepús semianimus mórtis in solátio:
Qui módo securus nóstra irridebás mala,
Simili querela fáta deplorás tua.

X.

Lupus et Vulpis iudice Simio.

Quicúnque turpi fraúde semel innótuit,
Etiámsi verum dícit, amittít fidem.
Hoc áttestatur brévis Aesopi fábula.
Lupus árguebat Vúlpem furti crímine:
Negábat illa, se ésse culpae próximam:
Tunc iúdex inter íllos sedit Símius.
Utérque caussam cúm perorassént suam,
Dixísse fertur Símius senténtiam:
Tu nón videris pérdidisse, quód petis;
Te crédo surripuísse, quod pulcré negas.

XI.

Asinus et Leo venantes.

Virtútis expers, vérbis iactans glóriam,
Ignótos fallit, nótis est derísui.
Venári Asello cómite cum vellét Leo,
Contéxit illum frútice, et admonuít simul,
Ut ínsuëta vóce terrerét feras,
Fugiéntes ipse excíperet. Hic Aurítulus
Clamórem subito tótis tollit víribus,
Novóque turbat béstias miráculo.
Quae dúm paventes éxitus notós petunt,
Leónis affligúntur horrendo ímpetu.
Qui póstquam caede féssus est, Asinum évoca
Iubétque vocem prémere. Tunc ille ínsolens
Qualís videtur ópera tibi vocís meae?
Insígnis, inquit, síc, ut nisi nossém tuum
[illegible]

XII.

Cervus ad Fontem.

Laudátis utilióra, quae contémseris,
Saepe ínveniri, haec éxserit narrátio.
Ad fóntem Cervus, cúm bibisset, réstitit,
Et ín liquore vídit effigiém suam.
Ibi dúm ramosa mírans laudat córnua,
Crurúmque nimiam ténuitatem vituperat;
Venántum subito vócibus contérritus,
Per cámpum fugere coépit, et cursú levi
Canés elusit. Sílva tum excepít ferum,
In quá retentis ímpeditus córnibus,
Lacerári coepit mórsibus saevís canum.
Tunc móriens vocem hanc édidisse dícitur:
O me ínfelicem! quí nunc demum intélligo,
Utília mihi quam fúerint, quae despéxeram,
Et, quaé laudaram, quántum luctus hábuerint.

XIII.

Vulpis et Corvus.

Qui sé laudari gaúdent verbis súbdolis,
Será dant poenas túrpes poeniténtiâ.
Cum dé fenestrâ Córvus raptum cáseum
Comésse vellet, célsâ residens árbore,
Hunc vídit Vulpis, deínde sic coepít loquí:
O quí tuarum, Córve, pennarum ést nitor!
Quantúm decoris córpore et vultú geris!
Si vócem haberes, núlla prior alés foret.
At ílle stultus, dúm vult vocem osténdere,
Emísit *ore cáseum*; quem céleriter
Dolósa Vulpis ávidis rapuít déntibus.
Tum démum ingemuit Córvi deceptûs stupor.

Hac ré probatur, íngenium quantúm valet,
Virtúte et semper praévalet sapiéntia.

XIV.

Ex Sutore Medicus.

Malús cum Sutor, ínopia depérditus,
Medicínam ignoto fácere coepissét loco;
Et vénditaret fálso antidotum nómine:
Verbósis adquisívit sibi famám strophis.
Hic cúm iaceret mórbo confectús gravi
Rex úrbis, eius éxperiendi grátia
Scyphúm poposcit: fúsá dein simuláns aquâ
Antídoto miscere íllius se tóxicum,
Combíbere iussit ípsum, posito praémio.
Timóre mortis íllc tum conféssus est,
Non ártis ullâ médicae se prudéntiâ,
Verúm stupore vúlgi factum nóbilem.
Rex ádvocatâ cóncione haec édidit:
Quantaé putatis ésse vos deméntiae,
Qui cápita vestra nón dubitatis crédere,
Cui cálceandos némo commisít pedes?
Hoc pértinere vére ad illos díxerim,
Quorúm stultitiâ quaéstus impudéntiae est.

XV.

Asinus ad senem Pastorem.

In príncipatu cómmutando cívium
Nil praéter domini nómen mutant paúperes.
Id ésse verum, párva haec fabella índicat.
Aséllum in prato tímidus pascebát Senex.
Is, hóstium clamóre subito térritus,
Suadébat Asino fúgere, ne possénť capi.
At ille leatus: Quaéso, num binás mihi

Clitéllas impositúrum victorém putas?
Senéx negavit. Érgo quid refert mea,
Cui sérviam? clitéllas dum portém meas.

XVI.

Cervus et Ovis.

Fraudátor hominem cúm vocat sponsum ímprobum,
Non rem éxpedire, séd malum dare éxpetit.
Ovém rogabat Cérvus modium trítici,
Lupó sponsore: at illa praemetuéns dolum:
Rapere átque abire sémper adsuevít Lupus;
Tu dé conspectu fúgere veloci ímpetu.
Ubi vós requiram, cúm dies advénerit?

XVII.

Ovis, Canis et Lupus.

Solént mendaces díere poenas máleficí.
Calúmniator áb Ove cum peterét Canis,
Quem cómmendasse pánem se conténderet;
Lupús, citatus téstis, non unúm modo
Debére dixit, vérum affirmavít decem.
Ovís, damnata fálso testimónio,
Quod nón debebat, sólvit. Post paucós dies
Bidéns iacentem in fóveá prospexít Lupum.
Haec, ínquit, merces fraúdis a Superís datur.

XVIII.

Mulier parturiens.

Nemó libenter récolit, qui laesít, locum.
Instánte partu, múlier, actis ménsibus,
Humí iacebat, flébiles gemitús ciens.

Vir ést hortatus, córpus lecto réciperet,
Onús naturae mélius quo depóneret.
Minime, ínquit, íllo pósse confidó loco
Malúm finiri, quó conceptum est ínitio.

XIX.

Canis parturiens.

Habént insidias hóminis blanditiaé mali:
Quas út vitemus, vérsus subiectí monent.
Canís parturiens cúm rogasset álteram,
Ut fétum in eius túgurio depóneret,
Facile ímpetravit: deín reposcentí locum
Precés admovit, témpus exoráns breve,
Dum fírmiores cátulos posset dúcere.
Hoc quóque consumto, flágitare válidius
Cubíle coepit. Sí mihi et turbaé meae
Par, ínquit, esse pótueris, cedám loco.

XX.

Canes famelici.

Stultúm consílium nón modo effectú caret,
Sed ád perniciem quóque mortales dévocat.
Coriúm depressum in flúvio viderúnt Cane
Id út comesse extráctum possent fácilius,
Aquám coepere ebíbere: sed ruptí prius
Periére, quam, quod pétierant, contíngerent

XXI.

Leo senex, Aper, Taurus et Asin

Quicúnque amisit dígnitatem prístinam,
Ignávis etiam iócus est in casú gravi.
Defectus annis ét desertus víribus

Leo cùm iaceret, spíritum extremúm trahens,
Apér fulmineis ád eum venit dentibus,
Et víndicavit íctu veterem iniúriam:
Inféstis Taurus móx confodit córnibus
Hostíle corpus. Ásinus, ut vidít, ferum
Impúne laedi, cálcibus frontem éxtudit.
At ílle exspirans: Fórtes indigné tuli
Mihi ínsultare: té, naturae dédecus,
Quod férre certe cógor, bis videór mori.

XXII.
Mustela et Homo.

Mustéla, ab Homine prénsa, cum instantém necem
Effúgere vellet: Párce, quaeso, inquít, mihi,
Quae tíbi molestis múribus purgó domum.
Respóndit ille: Fáceres si caussá meâ,
Gratum ésset, et dedíssem veniam súpplici.
Nunc quía laboras, út fruaris réliquiis,
Quas súnt rosuri, símul et ipsos dévores,
Noli ímputare vánum beneficiúm mihi.
Atque íta locutus ímprobam letó dedit.
Hoc ín se dictum débent illi agnóscere,
Quorúm privata sérvit utilitás sibi,
Et méritum inane iáctant imprudéntibus.

XXIII.
Canis fidelis.

Repénte liberális, stultis grátus est;
Verúm peritis írritos tendít dolos.
Noctúrnus cum fur pánem misissét Cani,
Obiécto tentans án cibo possét capi:
Heus, inquit, linguam vís meam praecludere,
Ne látrem pro re dómini? multum fálleris.

Namque ísta subita mé iubet benígnitas
Vigiláre, facias né mea culpá lucrum.

XXIV

Rana rupta et Bos.

Inóps potentem dúm vult imitarí, perit.
In práto quondam Rána conspexít Bovem,
Et, tácta invidiâ tántae magnitúdinis,
Rugósam inflavit péllem: tum natós suos
Intérrogavit, án Bove esset látior.
Illí negarunt. Rúrsus intendít cutem
Maióre nisu; et símili quaesivít modo,
Quis máior esset. Illi dixerúnt Bovem.
Novíssime indignáta, dum vult válidius
Infláre sese, rúpto iacuit córpore.

XXV.

Canis et Crocodilus.

Consília qui dant práva cautis hóminibus,
Et pérdunt operam, et déridentur túrpiter.
Canés currentes bíbere in Nilo flúmine,
A Córcodilis né rapiantur, tráditum est.
Igitúr cum currens bíbere coepissét Canis,
Sic Córcodilus: Quám libet lambe ótio;
Nolí vereri. At ílle: Facerem mehércule,
Nisi ésse scirem cárnis te cupidúm meae.

XXVI.

Vulpis et Ciconia.

Nullí nocendum; sí quis vero laéserit,
Multándum simili iúre, fabella ádmonet
Ad coénam Vulpis dícitur Cicóniam

Prior ínvitasse, et ílli in patena líquidam
Posuísse sorbitiónem, quam nulló modo
Gustáre esuriens pótuerit Cicónia.
Quae Válpem cum revocásset, intritó cibo
Plenám lagonam pósuit: huic rostrum ínserens
Satiátur ipsa, et tórquet convivám fame.
Quae cúm lagonae cóllum frustra lámberet,
Peregrínam sic locútam Volucrem accépimus:
Sua quísque exempla débet aequo animó pati.

XXVII.

Canis, Thesaurus et Vulturius.

Haec rés avaris ésse conveniéns potest,
Et qui húmiles nati, díci locupletés student.
Humána effodiens óssa, thesaurúm Canis
Invénit; at violárat quia Manés Deos,
Iniécta est illi divitiarum cúpiditas,
Poenás ut sanctae réligioni pénderet.
Itáque aúrum dum custódit, oblitús cibi,
Famé ést consumtus. Quém stans Vulturiús super
Fertúr locutus: Ó Canis, meritó iaces,
Qui cóncupisti súbito regalés opes,
Concéptus trivio, et éducatus stércore.

XXVIII.

Vulpis et Aquila.

Quamvís sublimes débent humiles métuere,
Vindícta docili quía patet solértiae.
Vulpínos catulos Áquila quondam sústulit,
Nidóque posuit púllis, escam ut cárperent.
Hanc pérsecuta máter orare íncipit,
Ne tántum miserae lúctum importarét sibi.
Contémsit illa, túta quippe ipsó loco.
Ab ará Vulpis rápuit ardentém facem,

Totámque flammis árborem circúmdedit,
Hostí dolorem dámno miscens sánguinis.
Aquila út periclo mórtis eriperét suos,
Incólumes natos súpplex Vulpi trádidit.

XXIX.

Asinus irridens Aprum.

Plerúmque stulti rísum dum captánt leve
Graví destringunt álios contuméliâ,
Et síbi nocivum cóncitant perículum.
Aséllus Apro cúm fuisset óbvius,
Salve, ínquit, frater. Ille indignans répu
Offícium, et quaerit, cúr sic mentirí velit?
Asinús demisso péne: Similem sí negas
Tibi me ésse, certe símile est hoc rostró ti
Apér cum vellet fácere generosum ímpetu
Représsit iram; et: Fácilis vindicta ést m
Sed ínquinari nólo ignavo sánguine.

XXX.

Ranae metuentes Taurorum pro

Humilés laborant, úbi potentes díssident
Rana, ín palude púgnam Taurorum íntu
Heu, quánta nobis ínstat perniciés! ait.
Intérrogata ab áliâ, cur hoc díceret,
De principatu cúm decertarént gregis,
Longéque ab illis dégerent vitám boves:
Est státio separáta, ac diversúm genus;
Sed púlsus regno némoris qui profúgerit,
Palúdis in secréta veniet látibula,
Et próculcatas óbteret duró pede:
Caput ita ad nostrum fúror illorum pértin

XXXI.

Milvus et Columba.

Qui sé committit hómini tutandum ímprobo,
Auxília dum requírit, exitium ínvenit.
Colúmbae saepe cúm fugissent Míluum,
Et céleritate pénnae vitassénť necem,
Consílium raptor vértit ad fallácíam,
Et génus inerme táli decepít dolo:
Quaré sollicitum pótius aevum dúcitis,
Quam régem me creátis icto foédere,
Qui vós ab omni tútas praestem iniúria?
Hiaé credentes, trádunt sese Míluo:
Qui régnum adéptus, coépit vesci síngulas,
Et éxercere impérium saevis únguibus.
Tunc dé relicuis úna: Merito pléctimur.

PHAEDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER SECUNDUS.

AUCTOR.

Exémplis continétur Aesopí genus,
Nec áliud quidquam pér fabellas quaéritur,
Quam córrigatur érror ut mortálium,
Acuátque sese díligens indústria.
Quicúnque fuerit érgo narrantís iocus,
Dum cápiat aurem, et sérvet propositúm suum,
Re cómmendatur, nón auctoris nómine.
Equidem ómni cura mórem servabó senis.
Sed sí libuerit áliquid interpónere,
Dictórum sensus út delectet várietas,
Bonás in partes, Léctor, accipiás velim,
Ita, sí rependet íllam brevitas grátiam:
Cuiús verbosa né sit commendátio,
Atténde, cur negáre cupidis débeas;
Modéstis etiam offérre, quod non pétierint.

I.

Iuvencus, Leo et Praedator.

Supér Iuvencum stábat deiectúm Leo.
Praedátor intervénit, partem póstulans.

Darem, ínquit, nisi soléres per te súmere:
Et ímprobum reiécit. Forte innóxius
Viátor est dedúctus in eundém locum,
Feróque viso rétulit retró pedem.
Cui plácidus ille: Nón est, quod timeás, ait,
Et, quaé debetur párs tuae modéstiae,
Audácter tolle. Túnc diviso térgore
Silvás petivit, hómini ut accessúm daret.
Exémplum egregium prórsus et laudábile;
Verum ést aviditas díves, et paupér pudor.

II.

Anus diligens virum mediae aetatis, item Puella.

A fémínis utcúmque spoliarí viros,
Amént, amentur, némpe exemplis díscimus.
Aetátis mediae quéndam mulier nón rudis
Tenébat, annos célans elegántia:
Animósque eiusdem púlchra iuvenis céperat.
Ambaé, videri dúm volunt illí pares,
Capíllos homini légere coepere ínvicem.
Cum sé putaret fíngi cura múlierum,
Calvús repente fáctus est: nam fúnditus
Canós puella, nígros anus evéllerat.

III.

Homo et Canis.

Lacerátus quidam mórsu vehementís canis,
Tinctúm cruore pánem misit málefico,
Audíerat esse quód remedium vúlneris.
Tunc síc Aesopus: Nóli coram plúribus
Hoc fácere canibus, né nos vivos dévorent,
Cum sciérint, esse tále culpae praémium.
Succéssus improbórum plures állicit.

IV.

Aquila, Feles, Aper.

Aquila ín sublimi quércu nidum fécerat:
Felés cavernam nácta ín media pépererat:
Sus némoricultrix fétum ad imam pósuerat.
Tum fórtuitum Féles contubérnium
Fraude ét scelesta síc evértit málitia:
Ad nídum scandit vólucris: Perniciés, ait,
Tibí paratur, fórsan et miseraé mihi.
Nam fódere terram quód vides quotídie
Aprum ínsidiosum, quércum vult evértere,
Ut nóstram in plano fácile progeniem ópprima
Terróre offuso et pérturbatis sénsibus,
Derépit ad cubíle setosaé suis;
Magno, ínquit, in perículo sunt natí tui.
Nam símul exieris pástum cum tenérís grege,
Aquila ést parata, rápere porcellós tibi.
Hunc quóque timore póstquam complevít locu
Dolósa tuto cóndidit sesé cavo:
Inde évagata nóctu suspensó pede,
Ubi ésca se replévit et prolém suam,
Pavórem simulans próspicit totó die.
Ruínam metuens áquila ramis désidet:
Apér rapinam vítans non prodit foras.
Quid múlta? inedia súnt consumti cúm suis,
Felíque et catulis lárgam praebuerúnt dapem.
Quantum hómo bilinguis saépe concinnét ma
Documéntum habere stúlta credulitás potest.

V.

Caesar ad Atriensem.

Est árdelionum quaédam Romae nátio,
Trepidé concursans, óccupata in ótio,
Gratís anhelans, múlta agendo níhil agens,

Sibí molesta et áliis odiosíssima?
Hanc émendare, sí tamen possúm, volo
Verá fabella: prétium est operae atténdere.
Cacsár Tiberius cúm, petens Neápolim,
In Mísenensem víllam venissét suam,
Quae mónte summo pósita Lucullí manu,
Prospéctat Siculum, et déspicit Tuscúm mare:
Ex álticinctis únus Atriénsibus,
Cui túnica ab humeris línteo Pelúsio
Erát destricta, cíeris dependéntibus,
Perámbulante Iaéta Domino víridia,
Alvéolo coepit lígneo conspérgere
Humum aéstuantem, cóme officium iáctitans:
Sed déridetur. Inde notis fléxibus
Praecúrrit alium in xýstum, sedans púlverem.
Agnóscit hominem Caésar, remque intélligit.
Id út putavit ésse nescio quíd boni:
Heus! ínquit Dominus. Ille enimvero ádsilit,
Donátionis álacer certae gaúdio.
Tum síc iocata est tánti maiestás Ducis:
Non múltum egisti, et ópera nequidquám perit;
Multó maioris álapae mecum véneunt.

VI.

Aquila, Cornix et Testudo.

ontrá potentes némo est munitús satis;
véro accessit cónsiliator máleficus,
ét nequitia quídquid oppugnánt, ruit.
quila ín sublime sústulit Testúdinem:
e cum ábdidisset córnea corpús domo,
úllo pacto laédi posset cóndita;
t per auras Córnix, et proptér volans:
am sane praédam rapuisti únguibus,
ísi monstraro, qúid sit faciendúm tibi,
nequidquam té lassabit póndere.

Promíssa parte, suádet, ut scopulúm supe
Altís ab astris dúram illidat córticem,
Quá cómminutá fácile vescatúr cibo.
Indúcta verbis Áquila monitis páruit,
Simul ét magistrae lárge divisít dapem.
Sic túta quae natúrae fuerat múnere,
Impár duabus óccidit tristí nece.

VII.
Muli et Latrones.

Mulí gravati sárcinis ibánt duo:
Unús ferebat físcos cum pecúniá;
Altér tumentes múlto saccos hórdeo.
Ille, ónere dives, célsa cervice éminet,
Clarúmque collo iáctat tintinnábulum;
Comés quíeto séquitur et placidó gradu.
Subitó latrones éx insidiis ádvolant,
Intérque caedem férro mulum trúsitant,
Dirípiunt numos, négligunt vile hórdeum.
Spoliátus igitur cásus cum flerét suos,
Equidem, ínquit alter, mé contemtum gaú
Nam níhil amísi, néc sum laesus vúlnere.
Hoc árgumento túta est hominum ténuit
Magnaé periclo súnt opes obnóxiae.

VIII.
Cervus et Boves.

Cervús nemorosis éxcitatus látibulis,
Ut vénatorum fúgeret instantém necem,
Caecó timore próximam villám petit,
Et ópportuno sé bubili cóndidit.
Hic Bós latenti: quídnam voluistí tibi,
Infélix, ultro qui ád necem cucúrreris,
Hominúmque tecto spíritum commiseris?

At ílle supplex: Vós modo, inquit, párcite:
Occásione rúrsus erumpám datâ.
Spatiúm diei nóctis excipiúnt vices;
Frondém bubulcus áffert, nec ideó videt.
Eúnt subinde et rédeunt omnes rústici,
Nemo ánimadvertit: tránsit etiám víllicus,
Nec ílle quidquam séntit. Tum gaudéns ferus
Bubús quietis ágere coepit grátias,
Hospítium adverso quód praestiterint témpore.
Respóndit unus: sálvum te cupimús quidem,
Sed ílle, qui oculos céntum habet, si vénerit,
Magno ín periclo víta vertetúr tua.
Haec ínter ipse dóminus a coená redit:
Et quía corruptos víderat nupér boves,
Accédit ad praesépe: cur frondís parum est?
Straménta desunt. Tóllere haec aránea
Quantum ést laboris? Dúm scrutatur síngula,
Cervi quoque alta cónspicatur córnua.
Quem cónvocatâ iúbet occidi fámiliâ,
Praedámque tollit. Haéc significat fábula,
Dominúm videre plúrimum in rebús suis.

EPILOGUS.

Aesópi ingenio státuam posuere Áttici,
Servúmque collocárunt aeternâ ín basi,
Patére honoris scírent ut cunctís viam,
Nec géneri tribui, séd virtuti, glóriam.
Quoniam óccuparat álter, ne primús forem,
Ne sólus esset, stúdui; quod supérfuit.
Nec haéc invidia, vérum est aemulátio.
Quodsí labori fáverit Latiúm meo,
Plurés habebit, quós opponat Graéciae.
Si lívor obtrectáre curam vóluerit,
Non támen eripiet laúdis consciéntiam.
Si nóstrum studium ad aúres pervenit tuas,

Et árte fictas ánimus senti fábulas,
Omném querelam súbmovet felícitas.
Sin aútem doctus íllis occurrít labor,
Sinístra quos in lúcem natura éxtulit,
Nec quídquam possunt, nísi meliores cár
Fatále exitium córde durató feram,
Donéc fortunam críminis pudeát sui.

PHAEDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER TERTIUS.

PROLOGUS AD EUTYCHUM.

Phaedrí libellos légere si desíderas,
Vacés oportet, Eútyche, a negótiis,
Ut líber animus séntiat vim cárminis.
Verum, inquis, tanti nón est ingeniúm tuum,
Moméntum ut horae péreat officíis meis.
Non érgo causa est mánibus id tangí tuis,
Quod óccupatis aúribus non cónvenit.
Fortásse dices: Áliquae venient fériae,
Quae mé soluto péctore ad studiúm vocent.
Legésne, quaeso, pótius viles nénias,
Impéndas curam quám rei domésticae,
Reddás amicis témpora, uxorí vaces,
Animúm relaxes, ótium des córpori,
Ut ádsuētam fórtius praestés vicem?
Mutándum tibi propósitum est et vitaē genus,
Intráre si Musárum limen cógitas.
Ego, quém Pierio máter enixa est iugo,
In quó tonanti sáncta Mnemosyné Iovi,
Fecúndа novies, ártium peperit chorum;

Quamvís in ipsâ nátus sim paené schola,
Curámque habendi pénitus corde eráserim
Et laúde multa vítam in hanc incúbuerim,
Fastídiose tamen in coetum récipior.
Quid crédis illi accídere, qui magnás opes
Exággerare quaérit omni vígilia,
Doctó labori dúlce praeponéns lucrum?
Sed iám, quodcúmque fúerit (ut dixít Sino
Ad régem cum Dardániae perductús foret)
Librum éxarabo tértium Aesopí stylo,
Honóri et meritis dédicans illúm tuis.
Quem sí leges, laetábor; sin autém minus,
Habébunt cénte, quó se oblectent pósteri.
Nunc, fábularum cúr sit inventúm genu
Breví docebo. Sérvitus obnóxia,
Quia, quae volebat, nón audebat dícere,
Affectus proprios in fabellas tránstulit,
Calúmniamque fictis elusít iocis.
Ego íllius pro sémita fecí viam,
Et cógitavi plúra, quam relíquerat,
In cálamitatem déligens quaedám meam.
Quodsi áccusator álius Seianó foret,
Si téstis alius, iúdex alius dénique,
Dignúm faterer ésse me tantís malis,
Nec his dolorem délenirem rémediis.
Suspícione sí quis errabít suâ,
Et rápiet ad se, quód erit commune ómniu
Stulté nudabit ánimi consciéntiam.
Huic éxcusatum mé velim nihilóminus:
Neque enim notare síngulos mens ést mihi
Verum ípsam vitam et móres hominum ostéı
Rem mé professum dícet fors aliquís grave
Si Phrýx Aesopus pótuit, si Anacharsis Sc
Aetérnam famam cóndere ingenió suo:
Ego, litérarae quí sum proprior Graéciae,
Cur sómno inerti déseram patriae decus?

Threíssa cum gens númeret auctorés suos,
Linóque Apollo sít parens, Musa Orpheo,
Qui sáxa cantu móvit, et domuít feras,
Hebríque tenuit ímpetus dulcí morá.
Ergo hinc abesto, lívor, ne frustrá gemas,
Quoniám sollemnis míhi debetur glória.
Indúxi te ad legéndum: sincerúm mihi
Candóre noto réddas iudiciúm peto.

I.

Anus ad Amphoram.

Anús iacere vídit epotam ámphoram,
Adhúc, Falerná faéce, e testá nóbili
Odórem quae iucúndum late spárgeret.
Hunc póstquam totis ávida traxit náribus:
O suávis anima! quále in te dicám bonum
Antehác fuisse, táles cum sint réliquiae!
Hoc quó pertineat, dícet, qui me nóverit.

II.

Panthera et Pastores.

Solet á despectis pár referri grátia.
Panthéra imprudens ólim in foveam décidit.
Vidére agrestes: álii fustes cóngerunt,
Alii ónerant saxis: quídam contra míseriti,
Peritúrae quippe, quámvis nemo laéderet,
Misére panem, ut sústineret spíritum.
Nox ínsecuta est: ábeunt securí domum,
Quasi ínventuri mórtuam postrídie.
At ílla, vires út refecit lánguidas,
Velóci saltu fóveá sese líberat,
Et ín cubile cóncito properát gradu.
Paucís diebus ínterpositis próvolat,
Pecús trucidat, ípsos pastorés necat,
Et, cúncta vastans, saévit irato ímpetu.

Tum sibi timentes, quí ferae pepércé
Damnum haúd recusant, tántum pro v
At ílla: Memini, quí me saxo pétierit
Quis pánem dederit: vós timere absíst
Illís revertor hóstis, qui me laéserunt

III.

Aesopus et Rusticus

Usú peritus háriolo velócior
Vulgo ésse fertur; caúsa sed non díci
Notéscet quae nunc prímum fabellá n
Habénti cuidam pécora pepererúnt
Agnós humano cápite. Monstro exté
Ad cónsulendos cúrrit moerens hárioi
Hic pértinere ad dómini respondét ca
Et ávertendum víctima perículum.
Ille aútem affirmat, cóniugem esse ad
Et ínsitivos significari líberos:
Sed éxpiari pósse maiori hóstia.
Quid múlta? variis díssident sentén
Hominísque curam cúra maiore ágg
Aesópus ibi stans, náris emunctae s
Natúra nunquam vérba cui potuít d
Si prócurare vís ostentum, Rústice
Uxóres, inquit, dá tuis pastóribus,

IV.

Simii caput.

Pendére ad lanium quídam vidi
Intér relicuas mérces atque obsó
Quaesívit, quidnam sáperet? Tu
Quale, ínquit, caput est, tális p
Ridícule magis hoc díctum, qu
Quando ét formosos saépe inv
Et túrpi facie múltos cognovi

V.

Aesopus et Petulans.

éssus ad perníciem multos dévocat.
sópo quidam pétulans lapidem impégerat.
o, ínquit, melior. Ássem deinde illí dedit,
rósecutus: Plús non habeo mehércule,
inde accipere póssis, monstrabó tibi.
t écce dives ét potens; huic símiliter
nge lapidem, et dígnum accipies praémium.
ásus ille fécit, quod monitús fuit:
pés fefellit ímpudentem audáciam:-
prénsus namque poénas persolvít cruce.

VI.

Musca et Mula.

sca ín temone sédit, et mulam ínctepans:
n tárda es? inquit, nón vis citius prógredi?
, né dolone cóllum compungám tibi.
óndit illa: Vérbis non moveór tuis;
stum timeo, séllá qui primá sedens
n flagello témperat lentó meum,
a frenis cóntinet spumántibus.
rópter aufer frívolam insoléntiam:
que, úbi sit tricandum, ét ubi currendúm, scio.
ic dérideri fábulá meritó potest,
íne virtute vánas exercét minas.

VII.

Canis et Lupus.

m dúlcis sit libértas, breviter próloquar
ní perpasto mácie confectús Lupus
óccucurrit: deín salutant ínvicem.

Ut réstiterunt: Vnde sic, quaesó, nites?
Aut quó cibo fecísti tantum córporis?
Ego, quí sum longe fórtior, pereó fame.
Canís simpliciter: Eadem est conditió tibi,
Praestáre domino sí par officium potes.
Quod? inquit ille. Cústos ut sis líminis,
A fúribus tueáris et noctú domum.
Ego véro sum parátus: nunc patiór nives
Imbrésque, in silvis ásperam vitám trahens.
Quanto ést facilius míhi, sub tecto vívere,
Et ótiosum lárgo satiarí cibo?
Veni érgo mecum. Dúm procedunt, ádspicit
Lupus á catená cóllum detritúm cani.
Unde hóc, amice? Níhil est. Dic, quaesó, tamen.
Quia vídeor acer, álligant me intérdiu,
Luce út quiescam, et vígilem, nox cum vénerit
Crepúsculo solútus, quá visum ést, vagor.
Affértur ultro pánis; de mensá suá
Dat ósca dominus; frústa iactat fámilia,
Et, quód fastidit quísque, pulmentárium.
Sic síne labore vénter impletúr meus.
Age, sí quo abire est ánimus, est licéntia?
Non pláne est, inquit. Frúere, quae laudás, Ca
Regnáre nolo, líber ut non sím mihi.

VIII.

Frater et Soror.

Praecépto monitus, saépe te considera.
Habébat quidam fíliam turpíssimam,
Idémque insignem púlchrâ facie fílium.
Hi spéculum, in cathedrâ mátris ut positú
Puerfliter ludéntes, forte inspéxerant.
Hic sé formosum iáctat; illa irascitur,
Nec glóriantis sústinet fratris iocos,
Accípiens (quid enim?) cúncta in contu

Ergo ád patrem decúrrit, laesura ínvicem,
Magnáque invidiâ críminatur fílium,
Vir nátus quod rem féminarum tétigerit.
Ampléxus ille utrúmque, et carpens óscula,
Dulcémque in ambos cáritatem pártiens,
Quotídie, inquit, spéculo vos utí volo,
Tu fórmam ne corrúmpas nequitiaé malis;
Tu fáciem ut istam móribus vincás bonis.

IX.

Socrates ad Amicos.

Vulgáre amici nómen, sed rara ést fides.
Cum párvas aedes síbi fundasset Sócrates,
(Cuiús non fugio mórtem, si famam ássequás,
Et cédo invidiae, dúmmodo absolvár cinis)
E pópulo sic, nescío quis, ut fierí solet:
Quaesó, tam angustam, tális vir, ponís domum?
Utinam, ínquit, veris hánc amicis ímpleam!

X.

Poeta de credere et non credere.

Periculosum est crédere, et non crédere.
Utriúsque exemplum bréviter exponám rei.
Hippólytus obiit, quía novercae créditum est;
Cassándrae quia non créditum, ruit Ilium.
Ergo éxploranda est véritas multúm, prius
Quam stúlta prave iúdicet senténtia.
Sed fábulosa né vetustate élevem,
Narrábo tibi, memóriâ quod factum ést meâ.
Marítus quidam cúm diligeret cóniugem,
Togámque puram iám pararet fílio,
Sedúctus in secrétum a liberto ést suo,
Speránte heredem súffici se próximum.
Qui, cúm de puero múlta mentitús foret,

Et plúra de flagítiis castae múlieris,
Adiécit, id quod séntiebat máxime
Dolitúrum amanti, véntitare adúlterum
Stupróque turpi póllui famám domus.
Incénsus ille fálso uxoris crímine,
Simulávit iter ad víllam, clamque in óppidi
Subsédit: deinde nóctu, subito, iánuam
Intrávit, recta cúbiculum uxoris petens,
In quó dormire máter natum iússerat,
Aetátem adultam sérvans diligéntius.
Dum quaérunt lumen, dúm concursat fámi
Iraé furentis ímpetum non sústinens,
Ad léctum vadit, téntat in tenebris caput.
Ut séntit tonsum, gládio pectus transigit,
Nihíl respiciens, dúm dolorem víndicet.
Lucérna allatá, símul adspexit fílium,
Sanctámque uxorem dórmientem cúbiculo
Sopíta primo quae nil somno sénserat,
Repraésentavit ín se poenam fácinoris,
Et férro incubuit, quód credulitas strínxer
Accúsatores póstularuint múlierem,
Romámque pertraxérunt ad Centúmviros.
Malígna insontem déprimit suspício,
Quod bóna possideat: stánt patroni, fórtit
Causám tuentes ínnocentis féminae.
A Dívo Augusto túnc petiere iúdices,
Ut ádiuvaret iúrisiurandí fidem,
Quod ípsos error ímplicuisset críminis.
Qui póstquam tenebras díspulit calúmniae
Certúmque fontem véritatis péperit,
Luat, inquit, poenas caúsa libertús mali.
Namque órbam nato símul et privatám vir
Miserándam potius, quám damnandam, exís
Quodsí delata pérscrutatus crímina
Patérfamilias ésset, si mendácium
Subtíliter limásset, a radícibus

Non évertisset scélere funestó domum.
Nil spérnat auris, néc tamen credát statim:
Quandóquidem et illi péccant, quos minimé putes,
Et quí non péccant, ímpugnantur fraúdibus.
Hoc ádmonére simplices etiám potest,
Opínione altérius ne quid pónderent.
Ambítio namque díssidens mortallum
Aut grátiae subscríbit, aut odió suo.
Erit fílie notus, quém per te cognóveris.
Haec éxsecutus súm propterea plúribus,
Brevitáte nimiá quóniam quosdam offéndimus.

XI.

Eunuchus ad Improbum.

Eunúchus litigábat cum quodam Improbo,
Qui, súper obscena dícta et petulans iúrgium,
Damnum ínsectatus ést amissi córporis.
En, áit, hoc unum est, cúr laborem válidius,
Intégritatis téstes quia desúnt mihi.
Sed quíd fortunae, Stúlte, delictum árguis?
Id démum est homini túrpe, quod meruít pati.

XII.

Pullus ad Margaritam.

In stérquilino Púllus gallináceus
Dum quaérit escam, Márgaritam réperit.
Iacés indigno, quánta res, inquít, loco!
Hoc sí quis pretii cúpitus vidisset tui,
Olím redisses ád splendorem prístinum.
Ego, quí te inveni, pótior cui multo ést cibus,
Nec tibi prodesse, néc mihi quidquám potes.
Hoc illis narro, quí me non intélligunt.

XIII.

Apes et Fuci, Vespa iudice.

Apés in altâ quércu fecerúnt favos.
Hos Fúci inertes ésse dicebánt suos.
Lis ád forum dedúcta est, Vespâ iúdice:
Quae génus utrumque nósset cum pulchérrii
Legém duabus hánc proposuit pártibus:
Non ínconveniens córpus, et par ést color,
In dúbium plane rés ut merito vénerit.
Sed, né religio péccet imprudéns mea,
Alvós accipite et céris opus infúndite,
Ut éx sapore méllis, et formá favi,
De quís nunc agitur, aúctor horum appárea
Fuci recusant: Ápibus conditió placet.
Tunc ílla talem prótulit senténtiam:
Apértum est, quis non póssit, aut quis féceri
Quaprópter Apibus frúctum restituó suum.
Hanc praeterissem fábulam silĕntio,
Si páctam Fuci nón recusassént fidem.

XIV.

Aesopus ludens.

Puerórum in turbâ quídam ludentem Áttic
Acsópum nucibus cúm vidisset, réstitit,
Et quási delirum rísit. Quod sensít simul
Derísor potius, quám deridendús senex;
Arcúm retensum pósuit in mediâ via:
Heus, ínquit, Sapiens, éxpedi, quid fécerim.
Concúrrit populus. Ille se torquét diu,
Nec quaéstionis pósitae causam intélligit.
Novíssime succúmbit. Tum victór Sophus:
Cito rúmpes arcum, sémper si tensum hábue
At sí laxaris, cúm voles, erit útilis.

Sic lúdus animo débet aliquandó dari,
Ad cógitandum mélior ut redeát tibi.

XV.

Canis ad Agnum.

Intér capellas Ágno balantí Canis,
Stulte, ínquit, erras, nón est hic matér tua:
Ovésque segregátas ostendít procul.
Non íllam quaero, quaé, cum libitum est, cóncipit,
Dein pórtat onus ignótum certis ménsibus,
Novíssime prolápsam effundit sárcinam;
Verum íllam, quae me nútrit admoto úbere,
Fraudátque natos lácte, ne desít mihi.
Tamen ílla est potior, quaé te peperit. Nón ita est.
Unde ílla scivit, níger, an albus náscerer?
Age pórro, scisset: cúm crearer másculus,
Benefícium magnum sáne natalí dedit,
Ut éxpectarem lánium in horas síngulas.
Cuiús potestas núlla in gignendó fuit,
Cur hác sit potior, quaé iacentis míserita est,
Dulcémque sponte praéstat benevoléntiam?
Facít parentes bónitas, non necéssitas.
His démonstrare vóluit auctor vérsibus,
Obsístere homines légibus, meritís capi.

XVI.

Cicada et Noctua.

Humánitati quí se non accómmodat,
Plerúmque poenas óppetit supérbiae.
Cicáda acerbum Nóctuae convícium
Faciébat, solitae víctum in tenebris quaérere,
Cavóque ramo cápere somnum intérdiu.
Rogáta est, ut tacéret. Multo válidius

Clamáre coepit. Rúrsus admotá prece,
Accénsa magis est. Nóctua, ut vidít sibí
Nullum ésse auxilium, et vérba contemní sua,
Hac ést aggressa gárrulam fallácia:
Dormíre quia me nón sinunt cantús tui,
Sonáre cithará quós putes Apóllinis:
Potáre est ánimus néctar, quod Pallás mihi
Nupér donavit: sí non fastidís, veni;
Uná bibamus. Ílla, quae ardebát siti,
Simúl cognovit vócem laudarí suam,
Cupide ádvolavit. Nóctua, egressa é cavo,
Crepitántem consectáta est, et letó dedit.
Sic, víva quod negárat, tribuit mórtua.

XVII.

Arbores in Deorum Tutela.

Olím, quas vellent ésse in tutelá suá,
Diví legerunt árbores. Quercús Iovi,
Et mýrtus Veneri plácuit, Phoebo laúrea,
Pinús Cybebae, pópulus celsa Hérculi.
Minérva admirans, quáre steriles súmerent,
Intérrogavit caúsam. Dixit Iúpiter:
Honórem fructu né videamur véndere.
At, me Hércules, narrábit, quod quis vóluerit
Olíva nobis própter fructum est grátior.
Tunc síc Deorum génitor atque hominúm sat
O Náta, merito sápiens dicere ómnibus!
Nisi útile est, quod fácimus, stulta est glória.
Nihil ágere, quod non prósit, fabella ádmon

XVIII.

Pavo ad Iunonem.

Pavo ád Iunonem vénit, indigné ferens,

Cantús luscinii quód sibi non tríbuerit:
Illum ésse cunctis ávibus admirábilem,
Se dérideri, símul ac vocem míserit.
Tunc cónsolandi grátiâ dixít Dea:
Sed fórmâ vincis, víncis magnitúdine;
Nitór smaragdi cóllo praefulgét tuo,
Pictísque plumis gémmeam caudam éxplicas.
Quo mí, ínquit, mutam spéciem, si vincór sono?
Fatórum arbitrio pártes sunt vobís datae:
Tibi fórma, vires áquilae, lusciniò melos,
Augúrium corvo, laéva cornici ómina,
Omnés quae propriis súnt contentae dótibus.
Noli áffectare, quód tibi non ést datum,
Delúsa ne spes ád querelam récidat.

XIX.

Aesopus ad Garrulum.

Aesópus domino sólus cum esset fámilia,
Paráre coenam iússus est matúrius.
Ignem érgo quaerens, áliquet lustravít domos;
Tandémque invenit, úbi lucernam accénderet.
Tum, círcueunti fúerat quod iter lóngius,
Effécit brevius: námque rectâ pér forum
Coepít redire. Et quídam e turbâ Gárrulus:
Aesópe, medio sóle, quid cum lúmine?
Hominem, ínquit, quaero, et ábiit festináns domum.
Hoc sí molestus fíle ad animum rétulit,
Sensít profecto, se hóminem non visúm seni,
Intémpestive qui óccupato allúserit.

EPILOGUS.

Supérsunt mihi, quae scríbam, sed parcó sciens:
Primum, ésse ne tibí videar molésior,

Distríngit quem multárum rerum várietas
Dein, sí quis eadem fórte conarí velit,
Habére ut possit áliquid operis résidui:
Quamvís materiae tánta abundet cópia,
Labóri faber ut désit, non fabró labor.
Brevitáti nostrae praémium ut reddás, peti
Quod és pollicitus: éxhibe vocís fidem.
Nam víta morti própior est quotídiè:
Et hóc minus pervéniet ad me múneris,
Quo plús consumet témporis dilátio.
Si cíto rem perages, úsus fiet lóngior:
Fruár diutius, sí celerius cépero.
Languéntis aevi dúm sunt aliquae réliquia
Auxílio locus est: ólim senio débilem
Frustra ádiuvare bónitas nitetúr tua,
Cum iám desierit ésse beneficio útilis,
Et mórs vicina flágitabit débitum.
Stultum ádmovere tíbi preces exístimo,
Proclívis ultro cúm sit misericórdia.
Saepe ímpetravit véniam confessús reus:
Quanto ínnocenti iústius debét dari?
Tuaé sunt partes, fúerunt aliorúm prius;
Dein símili gyro vénient aliorúm vices.
Decérne, quod relígio, quod patitúr fides,
Et grátulari mé fac iudició tuo.
Excédit animus, quém proposuit, términu
Sed difficulter cóntinetur spíritus,
Intégritatis quí sincerae cónscius,
A nóxiorum prémitur insoléntiis.
Qui sínt, requires: ápparebunt témpore.
Ego, quóndam legi quám puer senténtiam
Palám mutire plébeio piáculum est,
Dum sánitas constábit, pulchre méminero.

PHAEDRI

AUGUSTI LIBERTI

FABULARUM AESOPIARUM

LIBER QUARTUS.

PROLOGUS.

Poëta ad Particulonem.

Cum déstinassem térmínum operis státuere,
In hóc, ut aliis ésset materiaé satis,
Consílium tacito córde damnaví meum.
Nam sí quis etiam tális est tituli áppetens,
Quo pácto divinábit, quidnam omíserim,
Ut íllud ipsum cúpiat famae tráderet
Sua cuíque cum sit ánimi cogitátio,
Colórque proprius? Érgo non levitás mihi,
Sed cérta ratio caúsam scribendí dedit.
Quaré, Particulo, quóniam caperis fábulis,
(Quas Aésopeas, nón Aesopi, nómino.
Paucás ostendit ílle, ego plures díssero,
Usús vetusto génere, sed rebús novis);
Quartúm libellum núnc vacive pérleges.
Hunc óbtrectare sí volet malígnitas,
Imitári dum non póssit, obtrectét licet.
Mihi párta laus est, quód tu, quod similés tui,
Vestrás in chartas vérba transfertís mea,
Dignúmque longá iúdicatis mémoriâ.
Illíteratum plaúsum nec desídero.

I.

Asinus et Galli.

II. adjecta.

De Mustela et Muribus.

Qui nátus est infélix, non vitám modo
Tristém decurrit, vérum post obitúm quoque
Perséquitur illum dúra fati míseria.
Gallí Cybebes círcum in quaestus dúcere
Asinúm solebant, báiulantem sárcinas.
Is cúm labore et plágis esset mórtuus,
Detráctâ pelle, síbi fecerunt týmpana.
Rogáti mox a quódam, delició suo
Quidnám fecissent? hóc locuti súnt modo:
Putábat se post mórtem securúm fore:
Ecce áliae plagae cóngeruntur mórtuo.
Ioculáre tibi vidétur: et sané leve,
Dum níhil habemus máius, calamo lúdimus.
Sed díligenter íntuere has nénias;
Quantám sub illis útilitatem réperies?
Non sémper ea sunt, quaé videntur: décipit
Frons príma multos, rára mens intélligit,
Quod ínteriore cóndidit cura ángulo.
Hoc né locutus síne mercede exístimer,
Fabéllam adiiciam dé Mustelâ et Múribus.
Mustéla, cum, annis ét senectâ débilis,
Murés veloces nón valeret ássequi,
Invólvit se faríná, et obscuró loco
Abiécit negligénter. Mus, escám putans,
Assíluit, et compréssus occubuít neci:
Altér similiter périit, deinde et tértius.
Aliquót secutis, vénit et retórridus,
Qui saépe laqueos ét muscipula effúgerat:

Procúlque insidias cérnens hostis cállidi,
Sic váleas, inquit, út farina es, quaé iaces.

III.

Vulpis et Uva.

Famé coacta Vúlpis altâ in víneâ
Uvam áppetebat, súmmis salíens víribus.
Quam tángere ut non pótuit, discedéns ait:
Nondúm matura est, nólo acerbam súmere.
Qui fácere quae non póssunt, verbis élevant,
Adscríbere hoc debébunt exemplúm sibi.

IV.

Equus et Aper.

Equús sedare sólitus quo fuerát sitim,
Dum sése Aper volútat, turbavít vadum.
Hinc órta lis est. Sónipes, iratús fero,
Auxílium petiit hóminis; quem dorsó levans,
Rediít ad hostem. Iáctis hunc telís eques
Postquam ínterfecit, síc locutus tráditur:
Laetór, tulisse auxílium me precibús tuis;
Nam praédam cepi, et dídici, quam sis útilis.
Atque íta coëgit frénos invitúm pati.
Tum moéstus ille: Párvae vindictám rei
Dum quaéro demens, sérvitutem rĕperi.
Haec íracundos ádmonebit fábula,
Impúne potius laédi, quam dedi álteri.

V.

Poëta.

Plus ésse in uno saépe, quam in turbâ, boni,
Narrátione pósteris tradám brevi.

Quidám decedens trés reliquit fílias;
Unám formosam et óculis venantém viros:
At álteram lanificam et frugi rústicam:
Devótam vino tértiam et turpíssimam.
Harum aútem matrem fécit heredém Senex,
Sub cónditione, tétam ut fortunám tribus
Aequáliter distríbuat, sed talí modo:
Ne dáta possideant aút fruantur; túm, simul
Habére res desíerint, quas accéperint,
Centéna matri cónferant sestértia.
Athénas rumor ímplet. Mater sédula
Iurís peritos cónsulit; nemo éxpedit,
Quo páeto non possídeant, quod fuerít datum,
Fructúmve capiant: deínde, quae tulerínt nih
Quânám ratione cónferant pecúniam.
Postquám consumta est témporis longí mora,
Nec téstamentî pótuit sensus cólligi,
Fidem ádvocavit, iúre neglectó, parens.
Sepónit móechae véstem, mundum múliebrem
Lavátionem argénteam, eunuchós glabros;
Lanificae agellos, pécora, villam, operários,
Bovés, iumenta, et ínstrumentum rústicum:
Potríci plenam antíquis apothecám cadis,
Domúm politam, et délicatos hórtulos.
Sic déstinata dáre cum vellet síngulis,
Et ápprobaret pópulus, qui illas nóverat,
Aesópus media súbito in turbâ cónstitit:
O sí maneret cóndito sensús patri,
Quam gráviter ferret, quód voluntatém suam
Intérpretari nón potuissent Áttici!
Rogátus deinde, sólvit errorem ómnium.
Domum et órnamenta, cúm venustis hórtulis,
Et vína vetera dáte lanificae rústicae:
Vestem, úniones, pédisequos et cétera
Illi ássignate, vítam quae luxú trahit:
Agrós, iumenta, et pécora cum pastóribus

Donáte moéchae. Núlla poterit pérpeti,
Ut móribus quid téneat alienúm suis.
Defórmis cultum véndet, ut vinúm paret;
Agrós abiiciet moécha, ut ornatúm paret;
At ílla gaudens pécore, et lanae dédita,
Quácúnque summâ trádet luxuriaé domum.
Sic núlla possidébit, quod fuerít datum,
Et díctam matri cónferent pecúniam
Ex prétio rerum, quás vendiderint síngulae.
Ita, quód multorum fúgit imprudéntiam,
Uníus hominis réperit solértia.

VI.

Pugna Murium et Mustelarum.

Cum víeti Mures Mústelarum exércitu
(História quorum ín tabernis píngitur)
Fugerént, et artos círcum trepidarént cavos;
Aegré recepti, támen evaserúnt necem.
Ducés eorum, quí capitibus córnua
Saís ligarant, út conspicuum in proélio
Habérent signum, quód sequerentur, mílites,
Haesére in portis, súntque capti ab hóstibus;
Quos ímmolatos víctor avidis déntibus
Capácis alvi mérsit tartareó specu.
Quemcúnque populum trístis eventús premit,
Perícitatur mágnitudo príncipum:
Minúta plebes fácili praesidió latet.

VII.

Poëta.

Tu, quí, nasute, scrípta destringís mea,
Et hóc iocorum légere fastidís genus,
Parvá libellum sústine patiéntiâ,
Severitatem fróntis dum placó tuae,

Et ín cothurnis pródit Aesopús novis.
Utinám nec umquam Pélii nemoris iugo
Pinús bipenni cóncidisset Théssala!
Nec ád professae mórtis audacém viam
Fabricásset Argus ópere Palladió ratem,
Inhóspitalis príma quae Pontí sinus
Patefécit, in pernícíem Graiûm et Bárbarú
Namque ét superbi lúget Aeetaé domus,
Et régna Peliae scélere Medeaé iacent:
Quae, saévum ingenium váriis involvéns m
Illíc per artus frátris explicuít fugam;
Hic caéde patris Péliadum infecít manus.
Quid tíbi videtur? Hóc quoque insulsum ét
Falsóque dictum; lónge quia vetústior
Aegéa Minos clásse perdomuít freta,
Iustóque vindicávit exemplo ímpetum.
Quid érgo possum fácere tibi, lectór Cato,
Si néc fabellae té iuvant, nec fábulae?
Nolí molestus ésse omnino líteris,
Maiórem exhibeant né tibi moléstiam.
Hoc íllis dictum est, quí stultitia naúsea
Et, út putentur sápere, coelum vituperant

VIII.

Vipera et Lima.

Mordáciorem qui ímprobo dente áppetit,
Hoc árgumento sé describi séntiat.
In ófficinam fábri venit Vípera:
Haec, cúm tentaret, sí qua res essét cibi,
Limám momordit. Illa contra cóntumax,
Quid me, ínquit, stulta, dénte captas laéd
Omne ádsuëvi férrum quae corródere?

IX.

Vulpis et Hircus.

Homo ín periclum símul ac venit cállidus,
Reperíre effugium álterius quaerít malo.
Cum décidisset Vúlpis in puteum ínscia,
Et áltiore claúderetur márgine;
Devénit Hircus sítiens in eundém locum;
Simúl rogavit, ésset an dulcís liquor,
Et cóplosus? Ílla fraudem móliens:
Descénde, amice; tánta bonitas ést aquae,
Volúptas ut satiári non possít mea.
Immísit se Barbátus. Tum Vulpécula
Evásit puteo, níxa celsis córnibus,
Hircúmque clauso líquit haerentém vado.

X.

De vitiis hominum.

Perás imposuit Iúpiter nobís duas:
Propriís repletam vítiis post tergúm dedit,
Aliénis ante péctus suspendít gravem.
Hac ré videre nóstra mala non póssumus;
Alií simul delínquunt, censorés sumus.

XI.

Fur aram compilans.

Lucérnam fur accéndit ex ará Iovis,
Ipsúmque compilávit ad lumén suum.
Onústus sacrilégio cum discéderet,
Repénte vocem sáncta misit Réligio:
Malórum quamvis ísta fuerint múnera,
Mihíque invisa, ut nón offendar súbripi;
Tamén, sceleste, spíritu culpám lues,
Olím cum adscriptus vénerit poenae diea.

Sed ne ígnis noster fácinori praelúceat,
Per quém verendos éxcolit pietás Deos,
Veto ésse tale lúminis commércium.
Ita hódie nec lucérnam de flammá Deûm,
Nec dé lucernâ fás est accendí sacrum.
Quot rés contineat hóc argumentum útile
Non éxplicabit álius, quam qui réperit.
Significat primo, saépe, quos ipso álueris,
Tibi ínveníri máxime contrários:
Secúndo ostendit, scélera non irá Deûm,
Fatórum dicto séd puniri témpore:
Novíssime interdícit, ne cum málefico
Usúm bonus consóciet ulliús rei.

XII.

Hercules et Plutus.

Opés invisae mérito sunt fortí viro,
Quia díves arca véram laudem intércipit.
Caeló receptus própter virtutem Hércule
Cum grátulantes pérsalutassét Deos;
Veniénte Pluto, quí Fortunae est fílius,
Avértit oculos. Caúsam quaesivít pater.
Odi, ínquit, illum, quía malis amícus est,
Simúlque obiecto cúncta corrumpít lucro.

XIII.

Leo regnans.

Utílius homini níhil est, quam recté loqui.
Probánda cunctis ést quidem senténtia;
Sed ád perniciem sólet agi sincéritas.
Cum sé ferarum régem fecissét Leo,
Et aéquitatis véllet famam cónsequi,
A prístinâ defléxit consuetúdine,

› ínter illas ténui contentús cibo,
:a íncorruptâ iúra reddebát fide.
ıúám labare coepit poeniténtia

* * *

(Desunt reliqua.)

XIV.

Prometheus.

íctione véretri linguam múlieris,
itatem tráxit inde obscénitas.]
gávit alter, tríbadas et mollés mares,
: rátio procreásset? Exposuít senex.
Prometheus, aúctor vulgi fíctilis,
símul offendit ád fortunam, frángitur,
rae partes, véste quas celát pudor,
séparatim tóto finxissét die,
:e mox ut pósset corporibús suis,
›énam est invitátus subito a Líbero.
rrigatus múlto venas néctare,
domum est revérsus titubantí pede.
sémisomno córde, et errore ébrio,
ícuit virginále generi másculo,
ásculina mémbra applicuit féminis.
úne libido právo fruitur gáudio.

XV.

Capella et Hirci.

›ám Capellae cum ímpetrassent áb Iove,
moerentes índignari coéperunt,
. dígnitatem féminae aequassént suam.
›, ínquit, illas glóriâ vaná frui,
ırpare véstri ornatum múnerìa,

Parés dum non sint véstrae fortitúdinis.
Hoc árgumentum mónet, ut sustineás, tibi
Habitu ésse similes, quí sunt virtute ímpares.

XVI.

Gubernator et Nautae.

Cum dé fortunis quídam quereretúr suis;
Aesópus finxit cónsolandi grátia:
Vexáta saevis návis tempestátibus,
Intér vectorum lácrimas et mortís metum,
Faciem ád serenam súbito ut mutatúr dies,
Ferrí secundis túta coepit flátibus,
Nimiáque nautas hílaritate extóllere.
Factús periclo túm Gubernatór sophus:
Parcé gaudere opórtet, et sensím queri,
Totám quia vitam míscet dolor et gaúdium.

XVII.

Canum Legati ad Iovem.

Canés legatos ólim misere ád Iovem,
Melióris vitae témpus oratúm suae,
Ut sése eriperet hóminum contuméliis,
Furfúribus sibi conspérsum quod paném darent
Fimóque turpi máximam explerént famem.
Profécti sunt legáti non celerí pede,
Dum náribus scrutántur escam in stércore.
Citáti non respóndent. Vix tandem ínvenit
Eós Mercurius, ét turbatos áttrahit.
Tum véro vultum mágni ut viderúnt Iovis,
Totám timentes cóncacarunt régiam.
Propúlsi vero fústibus, vadúnt foras:
Vetát dimitti mágnus illos Iúpiter.
Miráti, sibi legátos non revértier,

Turpe aéstimantes áliquid commissum á suis,
Post áliquod tempus álios adscribí iubent.
Rumór legatos súperiores pródidit.
Timéntes rursus áliquid ne simile áccidat,
Odóre canibus ánum, sed multó, replent;
Mandáta dant; legáti mittuntúr: statim
Abeúnt. Rogantes áditum, continuo ímpetrant.
Consédit genitor túm Deorum máximus,
Quassátque fulmen: trémere coepere ómnia.
Canés confusi, súbitus quod fuerát fragor,
Repénte odorem, míxtum cum merdís, cacant.
Reclámant omnes, víndicandam iniúriam.
Sic ést locutus ánte poenam lúpiter:
Legátos non est régis non dimíttere,
Nec est difficile, poénas culpae impónere.
Non véto dimitti, vérum cruciarí fame,
Ne véntrem continére non possínt suum.
Et hóc feretis pró iudicio praémium.
Illi aútem, qui misérunt vos tam fútiles,
Numquám carebunt hóminis contumélia.
ta núnc legatos éxspectant et pósteri.
lovúm venire quí vídet, culum ólfacit.

XVIII.

Homo et Colubra.

ıi fért malis auxílium, post tempús dolet.
ielú rigentem quídam colubram sústulit,
íque fovit, cóntra se ipse mísericors.
ıque út refecta est, nécuit hominem prótinus.
c ália cum rogáret causam fácinoris,
óndit: Ne quis díscat prodesse ímprobis.

XIX.

Vulpis et Draco.

Vulpís, cubile fódiens, dum terram
Agítque plures áltius cunículos,
Pervénit ad Dracónis speluncam íntim
Custódiebat quí thesauros ábditos.
Hunc símul adspexit: Óro, ut imprud
Des prímum veniam; deínde, si pulc
Quam nón conveniens aúrum sit vitaé
Respóndeas cleménter. Quem fructú
Hoc ex labore, quódve tantum est pra
Ut cáreas somno, et aévum in tenebris
Nullum, ínquit ille, vérum hoc a sum
Iove áttributum est. Érgo nec sumís
Nec úlli donas quídquam? Sic fatís pl
Nolo írascaris, líbere si díxero:
Diis ést iratis nátus, qui est similís tib
Abitúrus illuc, quó priores ábierun
Quid ménte caecâ míserum torques sp
Tibi díco, Avare, gaúdium heredís tui
Qui túre superos, ípsum te fraudás cil
Qui trístis audis músicum citharaé son
Quem tíbiarum mácerat iucúnditas;
Opsóniorum prétia cui gemitum éxpri
Qui, dúm quadrantes ággeras patrimó
Caelúm fatigas sórdido periúrio;
Qui círcumcidis ómnem impensam fún
Libitína ne quid dé tuo faciát lucri.

XX.

Phaedrus.

Quid iúdicare cógitet livór modo,
Licét dissimulet, púlchre tamen intél

Quidquíd putabit ésse dignum mémoriae,
Aesópi dicet; sí quid minus arríserit,
A mé contendet fíctum quovis pígnore.
Quem vólo refelli iám nunc responsó meo:
Sive hóc ineptum, síve laudandum ést opus,
Invénit ille, nóstra perfecít manus.
Sed éxsequamur coéptum propositi órdinem.

XXI.

Naufragium Simonidis.

Homo dóctus in se sémper divitiás habet.
Simónides, qui scrípsit egregiúm melos,
Quo paúpertatem sústineret fácilius,
Circuíre coepit úrbes Asiae nóbiles,
Mercéde acceptâ laúdem victorúm canens.
Hoc génere quaestus póstquam locuples fáctus est,
Redíre in patriam vóluit cursu pélagio;
Erat aútem natus, ut áiunt, in Ceâ ínsulâ.
Adscéndit navem, quám tempestas hórrida
Simul ét vetustas médio dissolvít mari.
Hi zónas, illi rés pretiosas cólligunt,
Subsídium vitae. Quídam curiósior:
Simónide, tu ex ópibus nil sumís tuis?
Mecum, ínquit, mea sunt cúncta. Tunc pauci énatant,
Quia plúres onere dégravati périerant.
Praedónes adsunt, rápiunt, quod quisque éxtulit;
Nudós relinquunt. Fórte Clazomenaé prope
Antíqua fuit urbs, quám petierunt naúfragi.
Hic líterarum quídam studio déditus,
Simónidis qui saépe versus légerat,
Erátque absentis ádmirator máximus,
Sermóne ab ipso cógnitum cupidíssime
Ad sé recepit; véste, numis, fámiliâ

Hominem éxornavit. Céteri tabulám suan
Portánt, rogantes víctum. Quos casu óbvi
Simónides ut vídit: Dixi, inquít, mea
Mecum ésse cuncta; vós quod rapuistís, pe

XXII.

Mons parturiens.

Mons párturibat, gémitus immanés ciens;
Erátque in terris máxima exspectátio.
At ílle murem péperit. Hoc scriptum ést ti
Qui, mágna cum mináris, extricás nihil.

XXIII.

Formica et Musca.

Formíca et Musca cóntendebant ácriter,
Quae plúris esset. Músca sic coepít prior:
Conférre nostris tú potes te laúdibus?
Ubi ímmolatur, éxta praegustó Deûm,
Moror ínter aras, témpla perlustro ómnia.
In cápite regis sédeo, cum visum ést mihi,
Et mátronarum cásta delibo óscula,
Labóro nihil, atque óptimis rebús fruor.
Quid hórum simile tíbi contingit, rústica?
Est glóriosus sáne convictús Deûm,
Sed ílli, qui invitátur, non qui invísus est.
Arás frequentas? némpe abigeris, quó venis
Regés commemoras, ét matronarum óscula
Super étiam iactas, tégere quod debét pud
Nihíl laboras? ídeo, cum opus est, níl habe
Ego gránum in hiemem cúm studiose cónge
Te círca murum pásci video stércore.
Aestáte me lacéssis; cur brumá siles?
Morí contractam túm te cogunt frígora;
Me cópiosa récipit incolumém domus.

Satís profecto rétudi supérbiam.
Fabélla talis hóminum discernít notas
Eórum, qui se fálsis ornant laúdibus,
Et quórum virtus éxhibet solidúm decus.

XXIV.

Simonides a Diis servatus.

Quantúm valerent ínter homines lítera,
Dixí superius: quántus nunc illís honos
A súperis sit tribútus, tradam mémoriae.
Simónides idem ílle, de quo rétuli,
Victóri laudem cuídam Pyctae ut scríberet,
Certó conduxit prétio: secretúm petit.
Exígua cum frenáret materia ímpetum,
Usús poëtae móre est et licéntiá,
Atque ínterposuit gémina Ledae sídera,
Auctóritatem símilis referens glóriae.
Opus ápprobavit; séd mercedis tértiam
Accépit partem. Cúm reliqüum pósceret,
Illi, ínquit, reddent, quórum sunt laudés duae.
Vérum, út ne irate dímissum te séntiam,
Ad coénam mihi promítte: cognatós volo
Hodie ínvitare; quórum es in numeró mihi.
Fraudátus quamvis, ét dolens iniúriá,
Ne mále dimissus grátiam corrúmperet,
Promísit. Rediit hórâ dictâ, récubuit.
Splendébat hilare póculis convívium;
Magno ápparatu laéta resonabát domus:
Duo cúm repente iúvenes, sparsi púlvere,
Sudóre multo díffluentes, córpore
Humánam supra fórmam, cuidam sérvulo
Mandánt, ut ad se próvocet Simónidem;
Illíus interésse, ne faciát moram.
Homo pérturbatus éxcitat Simónidem.
Unúm promórat víx pedem triclínio,

Ruína camárae súbito oppressit céteros;
Nec úlli iuvenes súnt reperti ad iánuam.
Ut ést vulgatus órdo narrataé rei,
Omnés scierunt, Núminum praeséntiam
Vatí dedisse vítam mercedís loco.

EPILOGUS.

Adhúc supersunt múlta, quae possím loqu
Et cópiosa abúndat rerum várietas;
Sed témperatae suáves sunt argútiae,
Immódicae offendunt. Quáre, vir sanctíss
Partículo, chartis nómen victurúm meis,
Latínis dum manébit pretium líteris,
Si nón ingenium, cérte brevitatem ápproba
Quae cómmendari tánto debet iústius,
Quantó poëtae súnt molesti válidius.

PHAEDRI

AUGUSTI LIBERTI

BULARUM AESOPIARUM

LIBER QUINTUS.

PROLOGUS.

sópi nomen sícubi interpósuero,
réddidi iam prídem, quidquid débui,
tóritatis ésse scito grátiâ:
uídam artifices nóstro faciunt saéculo,
prétium operibus máius inveniúnt, novo
ármori adscripsérunt Praxitelén suo,
ó Myronem argénto. Fabulae aúdiunt
ó fucatae. Plús vetustis nám favet
diâ mordax, quám bonis praeséntibus.
iam ád fabellam tális exemplí feror.

I.

Demetrius et Menander.

métrius, qui díctus est Phaléreus,
énas occupávit imperio ímprobo.
nós est vulgi, pássim et certatím ruunt;
citer! succlámant. Ipsi príncipes
m ósculantur, quá sunt oppressí, manum,
ité gementes trístem fortunaé vicem.
ı étiam resides, ét sequentes ótium,

Ne défuisse nóceat, repunt últimi:
In quís Menander, nóbilis comoédiis,
Quas, ípsum ignorans, légerat Demétrius,
Et ádmiratus fúerat ingeniúm viri,
Unguénto delibútus, vestitu áffluens,
Veniébat gressu délicato et lánguido.
Hunc úbi tyrannus vídit extremo ágmine:
Quisnám cinaedus ílle in conspectú meo
Audét venire? Résponderunt próximi:
Hic ést Menander scríptor. Mutatús statim

* * *

II.

Viatores et Latro.

Duo cum íncidissent ín Latronem mílites,
Unús profugit; álter autem réstitit,
Et víndicavit sése forti déxterâ.
Latróne occiso tímidus accurrít comes,
Stringítque gladium, deín, reiectâ paénulâ,
Cedo, ínquit, illum, iám curabo séntiat,
Quos áttentarit. Túnc, qui depugnáverat:
Vellem ístis verbis sáltem adiuvissés modo:
Constántior fuíssem, vera exístimans:
Nunc cónde ferrum, et línguam pariter fútilem
Ut póssis alios ígnorantes fállere.
Ego, quí sum expertus, quántis fugias víribus
Scio, quám virtuti nón sit credendúm tuae.
Illi ássignari débet haec narrátio,
Qui ré secundâ fórtis est, dubiâ fugax.

III.

Calvus et Musca.

Calví momordit Músca nudatúm caput;
Quam opprímere captans álapam sibi dur
gravem.

Tunc illa irridens: pūnctum volucris párvulae
Voluísti morte ulcísci; quid faciés tibi,
Iaiúriae qui addíderis contuméliam?
Respóndit: Mecum fácile redeo in grátiam,
Quia nón fuisse méntem laedendí scio.
Sed tē, contemti géneris animal ímprobum,
Quae délectaris bíbere humanum sánguinem,
Optém necare, vél maiore incómmodo.
Hoc árgumentum véniam ei darí docet,
Qui cásu peccat. Nám qui consilio ést nocens,
Illum ésse quavis dígnum poenā iúdico.

IV.
Homo et Asinus.

Quidam immolasset vérrem cum sancto Hérculi,
Cui pró salute vōtum debebát suā,
Asélio iussit réliquias poni hórdei.
Quas áspernatus ílle sic locútus est:
Tuúm libenter prórsus appeterém cibum,
Nisi, quí nutritus íllo est, iugulatús foret.
Huiús respectu fábulae detérritus,
Perícuīosum sémper reputaví lucrum.
Sed dícis: qui rapuére divitiás, habent.
Numerémus agedum, quí deprensi périerint:
Maiórem turbam púnitorum réperies.
Paucís temeritas ést bono, multís malo.

V.
Scurra et Rusticus.

Pravó favore lábi mortalés solent,
Et, pró iudicio dúm stant errorís sui,
Ad poénitendum rébus manifestís agi.
Factúrus ludos dives quidam et nóbilis,
Propósito cunctos ínvitavit praémio,

Quam quísque posset, út novitatem osténd
Venére artifices laúdis ad certámina:
Quos ínter scurra, nótus urbanó sale,
Habére dixit sé genus spectáculi,
Quod ín theatro númquam prolatúm foret.
Dispérsus rumor cívitatem cóncitat:
Paullo ánte vacua túrbam deficiúnt loca.
In scénâ vero póstquam solus cónstitit,
Sine ápparatu, núllis adiutóribus,
Siléntium ipsa fécit exspectátio.
Ille ín sinum repénte demisít caput,
Et síc porcelli vócem est imitatús sua,
Verum út subesse pállio conténderent,
Et éxcuti iubérent. Quo factó, simul
Nihil ést repertum, múltis onerant laúdibu
Hominémque plausu prósequuntur máxím
Hoc vídit fieri Rústicus. Non mehércule
Me víncet, inquit: ét statim proféssus est,
Idém facturum mélius se postrídie.
Fit túrba maior. Iám favor mentés tenet,
Et dérisuri, nón spectaturí, sedent.
Utérque prodit. Scúrra degrunnít prior,
Movétque plausus, ét clamores súscitat.
Tunc símulans sese véstimentis Rústicus
Porcéllum obtegere, (quód faciebat scílice
Sed, ín priore quía nil compereránt, laten
Pervéllit aurem véro, quem celáverat,
Et cúm dolore vócem naturae éxprimit.
Acclámat populus, Scúrram multo símilius
Imitátum, et cogit, rústicum trudí foras.
At ílle profert ípsum porcellum é sinu,
Turpémque aperto pígnore errorém proba
En! híc declarat, quáles sitis iúdices.

VI

Duo Calvi.

ınit Calvus fórte in trivio péctinem.
ssit alter, aéque defectús pilis:
ínquit, in commúne, quodcunque ést lucri.
ndit ille praédam, et adiecít simul:
erúm voluntas fávit; sed, fato ínvido,
ónem, ut aiunt, pró thesauro invénimus.
ıem spés delusit, huíc querela cónvenit.

VII.

Princeps Tibicen.

vánus animus, aúrâ captus frívolâ,
puit insoléntem sibi fidúciam,
le ád derisum stúlta levitas dúcitur.
incéps tibicen nótior pauló fuit,
ám Bathyllo sólitus in scená dare.
rte ludis (nón satis meminí quibus)
ı pégma rapitur, cóncidit casú gravi
opínans, et sinístram fregit tíbiam,
s cum dextras máluisset pérdere.
manus sublátus, et multúm gemens
ıúm refertur. Áliquot menses tránseunt,
ánitatem dúm venit curátio.
éctatorum mós est et lepidúm genus,
derari coépit, cuius flátibus
bat excitári saltantís vigor.
facturus lúdos quidam nóbilis,
ıcipiebat íngredi Princéps. Eum
ícit pretio, précibus, ut tantúmmodo
ludorum osténderet sesé die.
ímul advenit, rúmor de tibícine
it ín theatro: quídam affirmant mórtuum,

Quidam ín conspectum próditurum síne m
Aulaéo misso, dévolutis tónitrubus,
Dî súnt locuti móre translatítio.
Tunc chórus ignotum et módo reducto cán
Impósuit, cuius haéc fuit senténtia:
Laetáre, incolumis Róma, salvo Príncipe.
In plaúsus consurréctum est. Iactat básí
Tibícen; gratulári fautorés putat.
Equéster ordo stúltum errorem intélligit,
Magnóque risu cánticum repetí iubet.
Iterátur illud. Hómo meus se in púlpito
Totúm prosternit: plaúdit illudéns eques
Rogáre populus húnc coronam exístimat.
Ut véro cuneis nótuit res ómnibus,
Princéps, ligato crúre niveâ fásciâ,
Niveísque tunicis, níveis etiam cálceis,
Supérbiens honóre divinaé domus,
Ab úniversis cápite est protrusús foras.

VIII.

Occasio depicta.

Cursú volucri, péndens in novácula,
Calvús, comosâ frónte, nudo córpore,
Quem si óccupâris, téneas; elapsúm seme
Non ípse possit Iúpiter repreheńdere,
Occásionem rérum significát brevem.
Efféctus impediret ne segnís mora,
Finxére antiqui tálem effigiem Témporis.

IX.

Taurus et Vitulus.

Angústo in aditu Taúrus luctans córnibu
Cum vix intrare pósset ad praesépia,
Monstrábat Vitulus, quó se pacto plécter

, ínquit, ante hoc nóvi quam tu nátus es.
óctiorem eméndat, sibi dicí putet.

X.

Venator et Canis.

ísus omnes fórtis et velóx feras
cum domino sémper fecissét satis,
uére coepit ánnis ingravántibus.
ándo obiectus híspidi pugnaé Suis,
uit aurem: séd cariosis déntibus
lám dimisit. Híc tum venatór dolens
n óbiurgabat. Cui Latrans contrá senex:
é destituit ánimus, sed virés meae.
fúimus lauda, sí iam damnas, quód sumus,
úr, Philete, scrípserim, pulcré vides.

APPENDIX PRIMA

FABULARUM XXXI

A MARQUARDO GUDIO

ex Manuscripto Divisionensi descriptarun

I.

Milvus aegrotans.

Multós cum menses aégrotasset miluüs,
Nec iám videret ésse vitae spém suae;
Matrém rogabat, sáncta circumirét loca,
Et pró salute vóta faceret máxima.
Faciam, ínquit, fili, séd, opem ne non ímpetr
Vehemènter vereor; tú, qui delubra ómnia
Vastándo, cuncta pólluisti altária,
Sacrifíciis nullis párcens, nunc quid vís roge

II.

Lepores vitae pertaesi.

Qui sústinere nón potest suúm malum,
Aliós inspiciat, díscat ut tolerántiam.
Aliquándo in silvis strépitu magno cónciti
Leporés clamant, se própter assiduós metus
Finíre velle vítam. Sic quendam ád lacum
Venérunt, miseri quó se praecipités darent

Advéntu quorum póstquam ranae térritae
Viridés in algas mísere fugientés ruunt:
Heu, ínquit unus, súnt et alii, quós timor
Vexát malorum. Férte vitam, ut céteri.

III.

Vulpis et Iupiter.

Natúram turpem núlla fortuna óbtegit.
Humánam in speciem cúm vertisset Iúpiter
Vulpém, regali péllex ut sedít throno,
Scarabéum vidit prórepentem ex ángulo,
Notámque ad praedam céleri prosiluít gradu.
Superí risere, mágnus erubuít pater.
Turpém repudiatámque pellicem éxpulit,
His prósecutus: víve, quo digna és, modo,
Quae nóstris uti méritis digne nón potes.

IV.

Leo et Mus.

Ne quís minores laédat, fabula haéc monet.
Leóne in silva dórmiente, rústici
Luxúriabant murés, et unus éx iis
Supér cubantem cásu quodam tránsiit.
Expérgefactus míserum Leo celeri ímpetu
Arrípuit. Ille véniam sibi darí rogat;
Crimén fatetur, péccatum imprudéntiae.
Hoc réx ulcisci glóriosum nón putans,
Ignóvit et dimísit. Post paucós dies
Leo, dúm vagatur nóctu, in foveam décidit.
Captum út se agnovit láqueis, voce máxima
Rugíre coepit; cúius immanem ád sonum
Mus súbito accurrens: nón est, quod timeás, ait,
Benefício magno grátiam reddám parem.

Mox ómnes artus ártuum et ligámina
Lustráre coepit, cógnitosque déntibus
Nervós rodendo, láxat ingenia ártuum.
Sic cáptum mus Leónem silvis réddidit.

V.

Homo et Arbores.

Pereúnt, suis auxílium qui dant hóstibu
Factá bipenni quídam ab arboribús pet
Manúbrium ut sibi darént e ligno, quód f
Firmúm. Iusserunt ómnes oleastrúm da
Accépit munus, áptans et manúbrium
Coepít securi mágna excidere róbora;
Dumque éligebat, quaé vellet, sic fráxin
Dixísse fertur quércus: merito caédimur

VI.

Mus et Rana.

Mus, quó transire pósset flumen fácilius
Auxílium Ranae pétit. Haec Muris állig
Linó priorem crús ad posteriús pedem.
Amném natantes víx medium devénerant;
Cum Rána, subito fúndum fluminís peten
Se mérgit, muri ut vítam eriperet pérfide
Qui dúm, ne mergerétur, tendit válidius
Praedám conspexit Míluüs proptérvolans
Murémque fluctuántem rapuit únguibus,
Simúlque Ranam cólligatam sústulit.
Sic saépe intereunt, áliis meditantés nece

VII.

Galli duo et Accipiter.

Gallús cum gallo saépe pugnam cónferens,
Accípitrem victus iúdicem litís petit.
Hic, ámbo si venírent, mente cóncipit
Spem dévorandi, qui éxhiberet sé prior.
Mox cúm venisse, caúsam ut orarént suam,
Vidít, prehendit íllum, qui primús forum
Dedúxit ad suúm litem. Ille clámitat:
Ne pléctar ego, sed ílle, qui fugám petit.
Cui áles, hodie né te eredas únguibus
Posse éripi meís; quos alterí dolos
Tendébas, aequum té nunc est ipsúm pati.
Aliórum saepe sécum qui tractát necem,
Ignórat, triste quíd sibi fatúm paret.

VIII.

Cochlea et Simius.

Amóre tacta spéculi inventi Cóchlea,
Fulgéntis orbem scándens, coepit língere,
Nil ílli melius cóntulisse sé putans,
Quam sí splendorem cómmacularet sórdibus.
Ut ínquinatum vídit speculum Símius:
Qui sé calcari tálibus permíserit,
Merétur, inquit, tále dedecús pati.
Haec íllis est fabélla scripta féminis,
Inéptis quae se iúngunt et stultís viris.

IX.

Mus urbanus et rusticus.

Hospítio quondam Mús urbanus rústici
Exceptus, vili glánde coenat in cavo.

Indúxit precibus póst, ut urbem rústicus
Cellámque intraret plénam rebus óptimis.
In quá dum variis pérfruuntur réliquiis,
Impúlso venit óstio cellárius.
Quo múres strepitu díffugiunt pertérriti,
Et nótis facile urbánus se condít cavis;
At míser, ignota trépidans rusticús domo,
Timénsque mortem, pér parietes cúrsitat.
Ut, quaé volebat, sústulit cellárius,
Clausítque limen, íterum urbanus rústicum
Hortátur. Ille pérturbatis sénsibus:
Vix, ínquit, possum cápere prae metú cibun
Putásne, veniet ílle? Quid tantúm times,
Urbánus inquit? áge, fruamur férculis,
Quae frústra rure quaéras. Contra rústicu
Tu, quí timere néscis, fruere his ómnibus;
At mé securum páscat glans et líberum.
In paúpertate tútum praestat vívere,
Quam dívitiarum cárpi sollicitúdine.

X.

Asinus domino blandiens.

Blandíri domino Aséllus ut vidít suo
Canem, ét de mensa sáturari quotídie,
Et frústa largitér iactari a fámilia,
Sic ést locutus: sí canem immundíssimum
In tántum dominus ét familia díligit,
Quid mé futurum, sí par illi fécero
Offícium, multo quí sum melior hóc cane,
Rebúsque pluribus útilis et laudábilis?
Alór qui sanctae fóntibus purís aquae,
Cibóque numquam sóleo pasci sórdido.
Sum sáne catulo dígnior vitá frui
Beátiore, honórem et summum cónsequi.
Aséllus haec dum sécum, stabulum cónspic

Intráre dominum: quáre accurrens ócius,
Rudénsque prosilit, ét humeris ambós pedes
Impónit, osque língua coepit lámbere,
Vestémque foedis scíndens ungulís, gravi
Herúm fatigat, stúlte blandus, póndere.
Clamóre domini cóncitatur fámilia,
Fustésque et saxa pássim arripiens óbvia,
Rudéntem mulctat; ét mox membris débilem,
Fractísque coxis, dómini lapsum a córpore,
Semiánimum tandem déiicit ad praesépia.
Fabélla, ineptus né se invitis íngerat,
Melióris aut afféctet officiúm, docet.

XI.

Grus, Cornix et Rusticus.

Foedús iuratae Grús et Cornix iúnxerant,
Cornícem Grus ab ávibus ut defénderet;
Cornix futura, ut Grús caveret, díceret.
Hinc cúm frequenter ád cuiusdam rústici
Agrúm volarent, átque evellerént sata.
Radícitus, agri dóminus vidit, ét dolens:
Saxúm da, clamat, quó feriam Gruém, puer.
Cornix, ut audit, íllico monét Gruem;
Sibí quae cavit. Ália dein die aúdiens
Cornix petentem sáxum: rursus cómmonet
Gruem, út vitaret sédulo perículum.
Avém divinam súspicatus Rústicus
Audíre iussa, púero: si, inquit, díxero,
Offám da, tu mihí clam lapidem pórrige.
Grus vénit, ille púerum offam iubét dare;
At ílle lapidem, quó ferit gruém, dedit,
Et crúra fregit. Vúlneratus Grús ait:
Divína Cornix, úbi nunc auspiciúm tuum?
Cur nón monere sócium, ut deieráveras,
Properásti, tale né mihi venirét malum?

Respóndit illa: nón meretur árs mea
Culpári, sed dolósa sunt bilínguium
Consília, qui aliud dícunt, atque alíud agu
Promíssis ducunt qui ímperitos súbdolis,
Mox fíctis causis haúd desistunt lúdere.

XII.
Aves et Hirundo.

Avés in unum cúm devenissént locum,
Vidérunt hominem séminantem línum agro
Quod út pro nihilo habére Hirundo intéllig
Sic cónvocatas állocuta tráditur:
Hinc nóbis instat ómnibus perículum,
Si sémen ad matúritatem vénerit.
Avés risere. Gérminavit út seges,
Hirúndo rursus: ínstat perniciés, ait:
Adéste, germen éruamus nóxium,
Ne, sí mox crescat, índe fiant rétia,
Et nós possimus ártibus humanís capi.
Ridére pergunt vérba aves hirúndinis,
Consílium et spernunt stúlte prudentíssimu
At ílla cauta ad hóminem se mox cóntulit,
Ut túta tignis nídum suspendát suum;
Sed, quaé salubre mónitum aves despéxera
De líno factis cáptae pereunt rétibus.

XIII.
Perdix et Vulpis.

Resédit alta quóndam Perdix árbore.
Advénit Vulpis: deínde sic coepít loqui:
O quánta vultus spécies est, Perdíx, tui!
Corálla rostrum, crúra vincunt púrpurae
Fulgórem. At si dormíres, quanto púlcrio
Esses. *Ut stulta* claúsit oculos, íllico

Rapít credentem Vúlpis. Illa flétibus
Haec míxta gravibus vérba supplex édidit·
Per ó tuarum, Vúlpis, artiúm decus,
Ut ánte, quaeso, nómen proferás meum,
Sic dévorabis. Vúlpis, ubi voluít loqui,
Apéruit os; at Pérdix evasít necem.
Decépta Vulpis: quíd opus erat loquí mihi?
Respóndit Perdix: ét dormire quíd mihi
Erát necesse, sómnus cui non vénerat?
Haec íllis, qui loquúntur, ubi nil ést opus,
Et quí, vigilare cúm necesse, dórmiunt.

XIV.

Asellus, Bos et Volucres.

Aséllus et Bos úno sociatí iugo
Plaustrúm trahebant. Bós, dum tendit válidius,
Confrégit cornu. Aséllus nil leváminis
Sentíre iurat se á consorte débili.
Labórem intendens, córnu rumpit álterum,
Terraéque tandem Bós procumbit mórtuus.
Asinúm bubulcus cárne mox onerát Bovis,
Qui plágas inter mílle ruptus cóncidit,
Et éxspiravit, média collapsús via.
Ad praédam Volucres cónvolantes ínquiunt:
Si té precanti mítem exhibuissés Bovi,
Non ímmaturo pásceres nos fúnere.

XV.

Leo et Pastor.

Erráns in silva spínam calcavít Leo,
Mox ád Pastorem caúda venit blándiens:
Ne pérturberis; ímploro suppléx opem,
Non praédam quaero. Pónit in gremió pedem

Homó sublatum, et éximens spinám, gravi
Levát dolore. Rédit hinc in silvás Leo.
Falsó post tempus áccusatus crímine
Pastór damnatur, átque ludis próximis
Ieiúnis proiicí iubetur béstiis.
Emíssae dum discúrsitant passím ferae,
Agnóvit hominem, quí medicinam fécerat,
Leo, ét sublatum rúrsus in gremió pedem
Pastóri ponit. Rex ut cognovít, statim
Silvís Leonem, et Pástorem reddít suis.

XVI.
Culex et Taurus.

Culéx cum Taurum próvocasset víribus,
Cunctí venerunt pópuli, ut pugnam cérnerent.
Culéx tum: satis est, quód venisti cóminus.
Nam párvus mihi, iudício sum magnús tuo.
Hinc sé per auras pénna sustulít levi,
Lusítque turbam, et Taúri destituít minas.
Quod sí fuisset válidae cervicís memor,
Et Taúrus hostem cóntemsisset sórdidum,
Fuísset vana inértis gloriátio.
Amíttit famam, quí se indignis cómparat

XVII.
Equus et Asinus.

Aséllo Sonipes pháleris occurrít tumens
Et, lássus multo tárdius quod póndere
Viám dedisset tránseunti: víx, áit,
Me téneo, quin te saévis calcibus éxtera
Aséllus tacuit, gémitu testatús deos.
Equús, currendo rúptus parvo in témpo
Ad villam mittitur. Húnc onustum ut
Ut vídit Asinus, táli derisít ioco:

Quo, glóriose, pháleras has quondám tibi,
Modo ád despectam quí redisti míseriam?
Felíx ne spernat, dúbiae sortis ímmemor,
Humilém, cum quid futúrus ipse, nésciat.

XVIII.

Volucres, Quadrupedes et Vespertilio.

Bellúm gerebant Vólucres cum Quadrúpedibus,
Et víncebantur vérsa victorés vice.
At Véspertilio, dúbios eventús timens,
Ad íllos semper, quós superasse víderat,
Se cónferebat. Ín fidem cum prístinam
Redíssent, fraus utríque gèneri appáruit.
Damnátus ergo tám pudendo crímine,
Lucém refugiens, átris posthac cóndidit
Se ténebris, solis nóctibus sempér volans.
Qui sé duabus vénditabit pártibus,
Utrísque ingratus, vítam deget túrpiter.

XIX.

Luscinius, Accipiter et Auceps.

Accípiter in Luscínii nido dúm sedet,
Auríto insidians, íllic pullos ínvenit;
Matér periclo móta prolis, ádvolat,
Suppléxque pullis út parcat suís, rogat.
Accípiter: quod vis, ínquit, faciam, sí bona
Cantábis voce cármen modulatúm mihi.
At ílla, quamvis éxcideret animûs, tamen
Metú parebat, ét coacta cántitat
Luctúque plena. Praédam qui captáverat
Accípiter inquit: nón tu cantastí bene,
Et únam ex pullis ápprehendit únguibus,

Coepítque devoráre. Ex diversó venit
Aucéps, et calamo clám crescente, pérfida
Viscó contingit, átque in terram détrahit
Quicúmque fraudes álii tendit súbdolas
Timére debet, ne ípse capiatúr dolo.

XX.

Lupus, Vulpis et Pastor.

Lupús per tempus máximam congésserat
Praedam ín cubile, habéret ut cibária,
Queis plúres posset ménses otió frui.
Vulpés ut novit, ád cubile abít Lupi,
Et vóce tremula: an récte, frater, ómnia?
Quod té non vidi sílvis venantém tuis,
Tristém per omnes éxegi vitám dies.
Lupús, livorem póstquam agnovit aémula
Non tú sollicita huc caúsa venistí mea,
Sed pártem ut captes. Fraúde quid petá
Iráta Vulpis ád ovium Pastórem abit:
Agésne, Pastor, ínquit, gratiás mihi,
Inimícum si tradídero hodie gregís tui,
Ut númquam sis sollícitus? Pastor: sérvi
Tibi, ínquit, tribuam et, quídquid voluerís.
Cubíle monstrat ílla pastorí Lupi,
Qui claúsum protinús peremit láncea,
Et gaúdens de alienó saturavit aémulam.
Ut véro Vulpis ín venantes íncidit,
Deprehénsa, canibus ét laniata, síc ait:
Dedí vix alterí malum, et iam púnior.
Timére debet, quísquis alii sústinet
Nocére, peius ípsi ne eveniát malum.

XXI.

Oves et Lupi.

Ovés Lupique cúm certassent proélio,
Illaé vicerunt, tútae praesidió canum.
Lupí legatos míttunt, et fictám petunt
Hac lége pacem, ut déderent Ovés canes,
Et óbsides Lupórum catulos récíperent.
Ovés, aeternam síc sperantes grátiam
Iníri, faciunt, quód poposcerúnt Lupi.
Post paúllo cum coepíssent ulularé catuli,
Lupí, necari nátos causantés suos,
Pacémque ruptam ab Óvibus, undique ímpetu
Invádunt facto núdas defensóribus:
Fidém quae stultae quód habuerunt hóstibus,
Consílium sera dámnant poeniténtia.
Praesídium, quo quis ólim tutus víxerat,
Si pródat aliis, frústra post desíderat.

XXII.

Simius et Vulpis.

Rogábat Vulpem Símius, caudaé suae
De mágnitudine áliquid ut sibí daret,
Natés velare quó posset turpíssimas.
Quid enim, ínquit, cauda tántae longitúdinis
Prodést? quo tantum póndus per terrám trahis?
Cui Vúlpis: esset quámvis illa lóngior,
Maiórque multo, mállem per terram ác lutum,
Spinásque trahere, quám partem tibí dare,
Meó ne tegminé videaris púlchrior.
Aváre, te fabélla haec, te, locuplés, monet,
Qui, quámvis superest, níl tamen das paúperi.

XXIII.

Lupus, Pastor et Venator.

Cum Vénatorem fúgeret instantém Lupus,
Et á Pastore vísus, qua parté fugeret,
Et quó se conderét loco, plenús metu·
Omnés per, oro té, bubulce, spés tuas,
Ne pródas innocéntem, cui nihíl mali
Fecísse me, per mágnos adiuró deos.
Nolí timere, Pástor inquit, álteram
Monstrábo partem. Móx Venator ádvolans
Non húc venire, Pástor, vidistí Lupum?
Qua párte fugit? Cuí Pastor: venít quidem,
Sed laéva fugit, vóce dixit máxima;
At óculis clam desígnat partem déxteram.
Non íntellexit ílle, et festináns abit.
Lupó tunc Pastor: quás habebis grátias,
Quod té celarim? Máximas linguaé tuae,
Lupús, ago, dixit; át oculis fallácibus
Aetérnae caecitátem noctis ímprecor.
Qui vérbis blandus, fraúdem celat péctore
Hoc árgumento sé describi intélligat.

XXIV.

Homines duo, fallax et verax et Simii.

Agéntes Mendax ét simul Veráx iter,
In Símiorum fórte terram vénerant.
E túrba ut vidit únus, qui se fécerat
Regém, teneri iússit illos, scíret ut,
De sé quid homines dícerent: simúl iubet
Omnés adstare Símios longo órdine,
Dextrá laevaque; séd sibi poní thronum,
Ut hóminum reges quóndam facere víderat.
Mox iússos homines ín medium adducit, ros

Qualísnam vobis ésse videor, hóspites?
Respóndit Mendax: réx videris máximus.
Quid hí, quos apparére nunc vidés mihi?
Hi cómites, hi legáti, et militúm duces.
Mendácio laudátus cum turbá sua
Adúlatori múnus imperát dari.
Hic sécum Verax: tánta si mendácio
Sit mérces, quanto nón ego, dixit, múnere
Donábor, verum sí pro more díxero.
Hinc ád Veracem Símius: et qualís tibi
Vidéor, et illi, quós stare ante mé vides?
Respóndit ille: vérus es tu símius,
Et símii omnes ílli, qui similés tui.
Irátus illum déntibus rex ímperat
Lacerári et unguibús, quod vera díxerat.
Blandúm laudatur á malis mendácium,
Bonís honesta fért exitium véritas.

XXV.

Homo et Leo.

Homó certabat cúm Leone, fórtior
Quis ésset, litisque háius testimónium
Dum quaérunt, ad sepúlcrum tandem vénerunt,
Elísis in quo ab hómine pictum faúcibus
Leónem ostendit, árgumentum vírium.
Leó respondit: húmana hoc pictúm manu:
Vidéres hominem déiectum, si píngere
Leónes scirent. Séd ego testimónium
Dabó virtutis cértius. Ad spectáculum
Indúxit hominem; mónstrans ubi boná fide
Enéctos a leónibus hominés, ait:
Non ést colorum téstimoniís opus;
Hic éxhibetur véra virtus áctibus.
Colóre frustra méndaces utí docet
Fabélla, certa cúm datur probátio.

XXVI.

Ciconia, Anser et Accipiter.

Venísset notum ad stágnum cum Cicónia,
Mergéntem invenit sé frequenter Ánserem
Sub úndis; quaerit, cúr hoc faceret. Ílle ait:
Haec cónsuetudo nóbis est, et ín luto
Reperímus escam et Áccipitris simul ímpetum
Veniéntis ad nos túti sic evádimus.
Sum múlto Accipitre fórtior, Cicónia
Inquít: amicitiam sí vis mecum iúngere,
Illi ínsultare víctor poteris. Crédulus
Et prótinus auxillúm petens Ansér, simul
In ágrum prodit; íllico supérvenit
Accípiter, et comprénsum saevis únguibus
Fugiénte devorat Ánserem Cicónia.
Cui Ánser: qui patróno se tam débili
Credít, peiore fíniri debét nece.

XXVII.

Ovis et Cornix.

In térgo Cornix ótiose cónsidens
Ovís, tundebat íllud rostro. Cúm diu
Fecísset, inquit pátiens Ovis iniúriae:
Hanc sí fecisses cóntumeliám cani,
Eiús latratum haud férres. At Cornix Ovi:
Colló tam forti númquam sedeo: nám scio,
Quos débeam lacéssere, annis cállida,
Acríbus amica, at ímportuna inérmibus.
Sic mé creatam dí voluerunt vívere.
His, quí lacessunt ínnocentes ínfimi,
Vexáre fortes métuunt, scripta est fábula.

XXVIII.

Formica et Cicada.

Hiemís Formica grána tempore é cavo
Trahéns siccabat, prúdens quae collégerat
Aestáte. Esuriens hánc, ut aliquid síbi daret,
Rogát Cicada. Cuí Formica: aestáte quid
Agébas? Inquit ílla: non erat ótium,
Ut dé futuro cógitarem témpore.
Errábam cantans pér sepes et páscua.
Ridéns formica, et grána referens, síc ait:
Aestáte quae cantásti, age, salta frígore.
Pigér laboret cérto semper témpore,
Ne, cúm nil habeat, póscens accipiát nihil.

XXIX.

Equus et Asinus.

Equúm rogabat Ásinus paullulum hórdei.
Libénter, ait, et, sí superesset, lárgiter
Pro dígnitate nóstra tribuerém tibi:
Simúl sed nostra véspere ad praesépia
Venéro, mox plenum fárre sacculúm dabo.
Aséllus inquit: núnc qui rem parvám negas,
Quid ín maiori té facturum exístimem?
Qui, mágna cum promíttunt, parva dénegant,
In dándo se tenáciores índicant.

XXX.

Leo senex et Vulpis.

Defféctus annis fínxit languorém Leo.
Aegrótum ad regem vísitandum béstias
Plurés venerunt: dévorat quas prótinus.
Sed caúta Vulpis ánte speluncám procul

Stabát, salutans régem. Quam rogát Leo,
Cur nón intraret? Vídeo quod vestígia
Intrántium multa, át nulla exeúntium.
Cautís pericla pródesse aliorúm solent.

XXXI.

Pulex et Camelus.

Puléx Camelì dórso forte cónsidens,
Gravátus multis qui íncedebat sárcinis,
Sibí placebat, lónge visus áltior.
Itér cum longum fácerent; vesperá simul
Ad stábulum venerúnt, pulex levitér statim
Ad térram saliens: écce, dixit, ócius
Descéndo, attritum né gravem diútius.
At ílle: gratum est, ínquit; sed nec póndere,
Te impósito, me gravári sentiré potui,
Nec, té deiecto, habére quid leváminis.
Qui sé sublimis, núllo cum sit órdine,
Iactát, notatus ín despectum dévenit.

XXXII.

Hoedus et Lupus.

Capélla, foetum ut cústodiret, éxiens
Pastum, ímprudentem mónuit Hoedum, ne óst
Aperíret, multas stábula quod scirét feras
Circuíre pecorum. Ut ábiit, advenít Lupus,
Assímulans vocem mátris, et iubét fores
Sibí reserari. Ut Hoédus audivít, Lupo,
Per rímam spectans, ínquit: audió sonum
Matrís, sed fallax átque inimicus és mihi;
Sub vóce matris nóstrum quaeris sánguinem
Potáre, et nostra cárne satiari. Vale.
Laus mágna natis, óbsequi paréntibus.

XXXIII.

Pauper et Serpens.

Serpéns in aedibús cuiusdam Paúperis
Veníre semper ád mensam consuéverat,
Et índe micis páscebatur lárgiter.
Divés post paullo fáctus, irasci íncipit
Serpénti, et vulnerát securi. Témpore
Ad prístinam interpósito egestatém redit.
Pro sórte varia Sérpentis postquám videt
Fortúnam mutarí suam, blandé petit,
Ignóscat ut peccánti. Cui Serpéns ait:
Te poénitebit scéleris, usque dúm mea
Cicátrix clausa fúerit; at tamen óptima
Fidé me posthac nóli amicum crédere.
Redíre tamen hac lége in gratiám volo,
Secúris nunquam, pérfide, si méminerim.
Suspéctus esse débet, qui laesít semel,
Et caúte semper íntegranda grátia.

XXXIV.

Aquila et Milvus.

In rámo tristis séderat cum Mílvio
Aquíla. Quid vultu té tam moesto, Mílvius,
Conspício? Quaero, díxit illa, cóniugem
Parém, nec inveníre possum. Me áccipe,
Te múlto qui sum fórtior. Quid? án potes
Ex rápto victum quaérere? Unguibús meis
Struthíocamelum rápui prensum saépius.
Indúcta verbis Áquila coniugém capit.
Parvó post nuptiás transacto témpore,
Aquíla: abi, et praedam prómissam mihi rape.
Voláns in altum, sóricem immundissimum,
Et lóngo Milvius áffert putridúm situ.

Haecne ést polliciti, Aquíla dixit, fidés tui
Cui Mílvius: ego, ut pérvenirem núptias
Ad régias, nihíl non posse mé, fidem
Dedíssem, quamvis mé nequire nóverim.
Qui sé maiores cúpidi quaerunt cóniuge:
Dolént decepti sé post iunctos vílibus.

APPENDIX SECUNDA
FABULARUM XXX

e manuscripto Bibliothecae Regiae Neapolitanae
Codice nuperrime editarum.

I.
Simius et Vulpes.

Avarum etiam quod sibi superest, non libenter dare.

Vulpém rogabat pártem caudae Símius,
Contégere honeste pósset ut nudás nates;
Cui síc maligna: Lóngior fiát licet,
Tamen íllam citius pér lutum et spinás traham,
Quam párvam quamvis pártem impertiár tibi.

II.
Auctor.

Non esse plus aequo petendum.

Arbítrio si Natúra finxissét meo
Genús mortale, lónge foret instrúctius.
Nam cúncta nobis áttribuisset cómmoda,
Quaecúmque indulgens Fórtuna animalí dedit:
Elephántis vires, ét Leonis ímpetum;
Cornícis aevum, glóriam Tauri trucis;

Equí velocis plácidam mansuetúdinem;
Et adésset homini súa tamen solértia.
Nimírum in Coelo sécum ridet lúpiter,
Haec quí nègavit mágno consilio hóminibı
Ne scéptrum Mundi ráperet nostra audác
Ergó contenti múnere invictí lovis,
Fatális annos décurramus témporis,
Nec plús conemur, quám sinit mortálitas.

III.

Mercurius et Mulieres.

Alium irridens se ipsum ridendum propi

Mercúrium hospitio múlieres olím duae
Illíberali et sórdido recéperant;
Quarum úna in cunis párvum habebat fíli
Quaestús placebat álteri meretrícius.
Ergo út referret grátiam officiís parem,
Abitúrus, et iam límen excedéns, ait:
Deúm videtis; tríbuam vobis prótinus,
Quod quaéque optârit. Máter supplicát r
Barbátum ût videat nátum quam primúm
Moecha, ût sequatur sése, quidquid tétige
Volát Mercurius. Intro redeunt múliere
Barbátus infans, écce, vagitús ciet.
Id quúm meretrix fórte ridet válidius,
Narés replevit húmor, ut fierí solet.
Emúngere igitur sé volens prendít manu,
Traxítque ad terram násí longitúdinem,
Et áliam ridens, ípsa ridenda éxtitit.

IV.

Prometheus et Dolus.

De Veritate et Mendacio.

)lím Prometheus séculi fígulús novi
retá subtili Véritatem fécerat,
t iúra posset ínter homines réddere.
ubito áccersitus núntio magní Iovis,
omméndat officínam fallací Dolo,
ı dísciplinam núper quem recéperat.
lic stúdio accensus, fácie simulacrúm pari,
ná staturâ, símile et membris ómnibus,
ıum témpus habuit, cállida finxít manu.
ıuod própe iam totum míre quum positúm foret,
ıutum ád faciendos ílli defecít pedes.
:edít Magister; quó festinantér Dolus
letú turbatus, ín suo sedít loco.
liráns Prometheus tántam similitúdinem,
'ropriaé videri vóluit artis glóriam.
gitúr fornaci páriter duo signa íntulit.
ıuibús percoctis, átque infuso spíritu,
Iodésto gressu sáneta incessit Véritas;
t trúnca Species haésit in vestígio.
'unc fálsa imago atque óperis furtiví labor
lendácium appellátum est, quod ne . . .
'edés habere f . . le ipse c . . s . n . .

V.

Pastor et Capella.

Nihil esse occultum, quod non reveletur.

Simuláta interdum vítia prosunt hóminibus;
ed témpore ipso támen apparet Véritas.
Pastór Capellae córnu baculo frégerat:
ogáre coepit, né se Domino prédaret.

Quamvís indigne laésa, reticebó tamen;
Sed rés clamabit ípsa, quid delíqueris.

VI.

Auctor.

Sensum aestimandum esse, non verba.

Ixíon, qui versári iactatúr rotâ,
Volúbilem Fortúnam iactarí docet.
Advérsus altos Sísyphus montés agens
Saxúm labore súmmo, quod de vértice
Sudóre semper írrito revólvitur,
Osténdit hominum síne fine esse míserias.
Quod stáns in amne Tántalus medió sitit,
Avári describúntur, quos circúmfluit
Usús bonorum; séd nil possunt tángere.
Urnís scelestae Dánaides portánt aquas,
Pertúsa nec complére possunt dólia;
Imó, luxuriae quídquid dederis, pérfluet.
Novém porrectus Títyos est per iúgera,
Tristí renatum súggerens poenaé iecur;
Quo quís maiorem pôssidet terraé locum,
Hoc démonstratur cúrâ graviore ádfici.
Consúlto involvit véritatem Antíquitas,
Ut sápiens intellígeret, erraré rudis.

VII.

Auctor.

De Oraculo Apollinis.

Utílius quid sit nóbis, dic, Phoebe, óbsecro,
Qui Délphos et formósum Parnassum íncoli?
Quid ó sacratae Vátis horrescúnt comae?
Tripodés moventur, múgit adytis Réligio,
Tremúntque lauri, et ípsa pallescít diea.
Vocés resolvit ácta Pythia númine,

Docétque gentes Délii monitús Dei:
Patriám, parentes, nátos, castas cóniuges
Deféndite armis. Hóstem ferro péllite.
Amícos subleváte. Miseris párcite.
Bonís favete. Súbdolis ite óbviam.
Delícta vindicáte. Cohibete ímpios.
Puníte, turpi thálamos qui violánt stupro.
Malós cavete. Núlli nimium crédite.
Haec élocuta cóncidit Virgó furens;
Furéns profecto! nám quae dixit, pérdidit.

VIII.

Aesopus et Scriptor.

De malo Scriptore, semetipsum laudante.

Aesópo quidam scrípta recitárát mala,
In quís inepte múltum se iactáverat.
Scire érgo cupidus, quídnam sentirét Senex:
Numquíd tibi, inquit, súm visus supérbior?
Haud vána nobis íngení fidúcia est.
Conféctus ille péssimo volúmine:
Ego, ínquit, quod te laúdas vehementér probo,
Namque hóc ab alio númquam contingét tibi.

IX.

Pompeius et Miles.

Quam sit hominem nósse difficile.

Magní Pompeii Míles vasti córporis,
Fracté loquendo, et ámbulando mólliter,
Famám cinaedi tráxerat certíssimam.
Hic ínsidiatus nócte iumentís Ducis,
Cum véste, et auro, et mágno argenti póndere
Avértit mulos. Fáctum rumor dístulit;
Argúitur Miles; rápitur in praetórium.

Tum Mágnus: Quid ais? Túne me, comm
Spoliáre es ausus? Ille continuo éxcreat
Sibi ín sinistram, et spútum digitis díssipat
Sic, Imperator, óculi exstillescánt mei,
Si vídi, aut tetigi. Túm Vir animi símpli
Inánes suspiciónes propellí iubet,
Nec cádere in illum crédit tantam audácia
Haec ínter, castra accéssit, et fidéns manu
Romános armis próvocabat Bárbarus.
Sibi quísque metuit, prími mussitánt duce
Tum, quí cinaedus hábitu, sed Mars víribu
Adít sedentem pró tribunalí Ducem,
Et vóce molli: Lícet? Enimvero éiici,
Ut ín re atroci, Mágnus stomachans ímper
Tum quídam senior éx amicis Príncipis:
Hunc égo committi sátius Fortunae árbitr
In quó iactura lévis est, quam fortém viru
Qui cásu victus témeritatis te árguat.
Assénsit Magnus, ét permisit Míliti
Prodíre contra; quí mirante exércitu,
Dictó celerius, hóstis abscidít caput,
Victórque rediit. His tum Pompeiús supe
Coróná, Miles, équidem te donó líbens,
Quia vindicasti laúdem Romani ímperi;
Sed éxstillescant óculi sic, inquít, mei,
Turpe íllud imitans, quód Cinaedus fécer
Nisi tu ábstulisti sárcinas furtó meas.

X.

Iuno, Venus et Gallina.

De Mulierum libidine.

Quum cástitatem Iúno laudarét suam,
Iucúnditatis caússam non repulít Venus.
Natúramque affirmáret ut esse illi ímpare
Intérrogasse sic Gallinam dícitur:

Dic, sódes, quanto péssis satiarí cibo?
Respóndit illa: Quídquid dederis, sátis erit,
Sed út concedas pédibus aliquid scálpere.
Ne scálpas, inquit, sátis est modius trítici?
Plane; ímmo nimium est; séd permitte scálpere.
Ex tóto, ne quid scálpas, quid desíderas?
Tum dénique illa fássa est naturaé malum:
Licet hórreum mí páteat, ego scalpám tamen.
Risísse Iuno dícitur Venerís ioco,
Quia pér Gallinam dénotavit féminas.

XI.

Iuvencus et Bos.

Quomodo ferox domanda sit iuventus.

Patérfamilias saévum habebat fílium.
Hic é conspectu quúm patris recésserat,
Verbéribus servos áfficiebat plúrimis,
Et éxercebat férvidam adolescéntiam.
Aesópus ergo nárrat hoc brevitér Seni:
Quidám Iuvenco vétulum iungebát Bovem.
Is quúm refúgiens ímpari colló iugum,
Aetátis excusáret vires lánguidas:
Non ést quod timeas, ínquit illi Rústicus;
Non út labores iúnxi, sed ut istúm domes,
Qui cálce et cornu múltos reddit débiles.
Sic tú ní gnatum técum assidue rétines,
Eiúsque ingenium cómprimis eleméntiá,
Vide né querela máior accrescát domus.
Atrócitati mánsuetudo est rémedium.

XII.

Aesopus et Victor gymnicus.

Quomodo iactantia aliquando comprimatur.

Victórem forte gýmnici certáminis
Iactántiorem quum ésse vidissét Sophus,
Intérrogavit, án plus adversárius
Valuísset eius? Ille: ne istud díxeris;
Multó fuere víres maiorés meae.
Quod, ínquit, ergo, stúlte, meruistí decus,
Minús valentem sí vicisti fórtior?
Feréndus esses, fórte si te díceres
Superásse, qui fuísset melior víribus.

XIII.

Asinus ad Lyram.

Quam saepe ingenia calamitate intercidant.

Asinús iacentem vídit in prató lyram;
Accéssit et tentávit chordas úngulâ.
Sonuére tactae. Béllа res mehércules
Male céssit, inquit, ártis quia sum néscius.
Si réperisset áliquis hanc prudéntior,
Divínis aures óblectasset cántibus.
Sic saépe ingenia cálamitate intércidunt.

XIV.

Mulier vidua et Miles.

Quanta mulierum sit inconstantia.

Per áliquot annos quaédam dilectúm virum
Amísit, et sarcóphago corpus cóndidit.
A quó divelli núllo quum possét modo,
Et ín sepulcro lúgens vítam dégeret,

Claram ássecuta est fámam castae vírginis.
Intérea fanum quí compilárant Iovis,
Crucí suffixi, lúerunt poenas Númini.
Horúm reliquias né quis posset tóllere,
Custódes dantur mílites cadáverum,
Monuméntum iuxta, Múlier quo se inclúserat.
Aliquándo sitiens únus de custódibus
Aquám rogavit médiá nocte ancíllulam,
Quae fórte Dominae túnc adsistebát suae
Dormítum eunti. Námque lucubráverat,
Et úsque in serum vígilias perdúxerat.
Paullúm reclusis fóribus Míles próspicit,
Vidétque aegram, sed fácie pulcrá féminam.
Corrúptus animus íllico succénditur,
Sensim impudicá et úritur cupídine.
Solérs acumen mílle causas ínvenit,
Per quás videre póssit íllam saépius.
Quotídiana cápta consuetúdine,
Paullátim facta est ádvenae submíssior,
Mox árctiore vínxit animum cópulá.
Hic dúm consumit nóctes Míles díligens,
Desíderatum est córpus ex umá cruce.
Turbátus Míles fáctum exponit Múlieri.
At sáncta Múlier: nón est quod timeás, áit;
Viríque corpus trádit figendúm cruci,
Ne súbeat ílle poénas negligéntiae.
Sic túrpitudo laúdis obsedít locum.

XV.

Duo Iuvenes sponsi, Dives et Pauper.

Fortunam interdum praeter spem hominibus favere.

Unam éxpetebant Vírginem Iuvenés duo;
Vicit Locuples génus et formam Paúperis.

Ut núptiarum díctus advenít dies,
Amáns, dolorem quía non poterat pérpeti,
Moeréns propinquos cóntulit se in hórtulos
Quos últra paullo vílla splendida Dívitis
Erat ácceptura Vírginem e matrís sinu.
Parum ámpla in urbe vísa quod fuerát dom
Pompa éxplicatur. Túrba concurrít frequ
Et cóniugalem praébet Hymenaeús facem.
Aséllus autem, quí solebat Paúperi
Quaestúm referre, stábat portae in límine.
Illúm puellae cásu conducúnt suae,
Viaé labores téneros ne laedánt pedes.
Repénte coelum, Véneris misericórdiâ,
Ventís movetur; íntonat mundí fragor,
Noctémque densis hórridam nimbís parat.
Lux rápitur oculis; ét simul vis grándinis
Effúsa trepidos úrget; et omnes dissipat,
Sibi quémque cogens pétere praesidiúm fug
Aséllus notum próxime tectúm subit,
Et vóce magna sése venientem índicat.
Procúrrunt pueri, púlcram adspiciunt vírgi
Et ádmirantur; deínde Domino núntiant.
Intér sodales íllc paucos ádcubans,
Amórem crebris ávocabat póculis.
Ubi núntiatum est, récreatus gaúdio,
Hortánte Baccho et Vénere, dulces pérfici
Aequálitatis ínter plausus, núptias.
Quaerúnt parentes pér praeconem fíliam.
Novús maritus cóniuge amissá dolet.
Quid ésset actum póstquam populo innótui
Omnés favorem cómprobarunt Coélitum.

XVI.

Aesopus et Domina.

Quam saepe verum dicere noceat.

Aesópus turpi quúm serviret Féminae,
Quae se éxpingendo tótum íntricarét diem,
Vestem, úniones, aúrum, argéntum súmeret,
Nec ínveniret, dígito qui se tángeret:
Licétne paucis, ínquit? — Dicas — Cénseo,
Quidvís efficies, cúltum si depósueris —
Adeóne per me vídeor tibi meliúscula? —
Imó, nisi dederis, spónda cessabít tua —
At nón cessabunt látera, respondít, tua;
Et óbiurgari iússit servum gárrulum.
Post paúllo armillam tóllit ipse argénteam.
Eám non apparére ut dictum est Múlieri,
Fúróre plena vócat omnes, et vérbera
Propónit gravia, vérum si non díxerint.
Aliís minare, inquít; me non fallís quidém.
Flagrís sum caesus, vérum quia dixí modo.

XVII.

Gallus et Feles lecticarii.

Nimiam securitatem saepe in periculum ducere.

Felés habébat Gállus lecticários.
Hunc glóriose Vúlpes ut vidít vehi,
Sic ést locuta: Móneo praecaveás dolum.
Istórum vultus námque si consíderas,
Praedám portare iúdices, non sárcinam.
Postquam ésurire coépit societás fera,
Discérpsit Dominum, et fécit partes fácinore.

XVIII.

Scrofa et Lupus.

Faciendum prius periculum, quam te homin fidei committas.

Preménte partu Scrófa quum gemerét iacen
Accúrrit Lupus, et óbstetricis pártibus
Se pósse fungi díxit, promitténs opem.
Quae véro nosset pécoris fraudes ímprobi,
Suspéctum officium répudiavit málefici;
Et, sátis est, inquit, sí recedas lóngius.
Quod sí perfidiae sé commisissét Lupi,
Parí dolore fáta deflêssét sua.

XIX.

Aesopus et Servus profugus.

Non esse malo addendum malum.

Servús profugiens Dóminum naturae áspert
Aesópo occurrit, nótus e vicínia.
Quid tú confusus? — Dícam tibi claré, Pater
Hoc námque es dignus áppellari nómine,
Tutó querela quía apud te depónitur.
Plagae supersunt; númquam desunt vérbera.
Subinde ad vilem míttor servitúdinem.
Domí si coenat, tótis persto nóctibus;
Sive ést vocatus, dégo ad lucem in sémitâ.
Emérui libertátem, canus sérvio.
Ullius essem cúlpae mihi si conscius,
Aequo ánimo ferrem. Númquam sum factús sa
Et súper, infelix, saévum patior dóminium.
Has própter caussas, ét quas longum est próm
Abire destinávi, quo tulerínt pedes —
Ergo, inquit, audi: quúm mali nil féceris,

Haec éxperiris, út refers, incómmoda:
Quid? sí peccáris, quaé te passurúm putas?
Talí consilio est á fúgá detérritus.

XX.

Equus Circensis.

Ferendum aequo esse animo, quidquid acciderit.

Equum é quadrigá, múltis palmis nóbilem,
Abégit quidam, et ín pistrinum véndidit.
Prodúctus ad bibéndum quum foret á molis,
In Círcum aequales íre conspexít suos,
Ut gráta ludis rédderent certámina.
Lacrymís obortis: íte felicés, ait;
Celebráte sine me cúrsu solemném diem;
Ego, quó scelèsta fúris attraxít manus,
Ibi sórte trísti fáta deflebŏ mea.

XXI.

Ursus esuriens.

Famem acuere ingenium.

Si quándo in silvis Vrso desunt cópiae,
Scopulósum ad littus cúrrit, et prendéns petram
Pilósa crura sénsim demittít vado;
Quorum ínter villos símul haeserunt cánceres,
In térram arripiens éxcutit praedám maris,
Escáque fruitur pássim collectá vafer.
Ergo étiam stultis ácuit ingeniúm fames.

XXII.

Viator et Corvus.

Verbis saepenumero homines decipi solere.

Quidám per agros dévium carpéns iter,
AVE éxaudivit, ét moratus paúllulum,
Adésse ut vidit néminem, cedít gradum.
Iterúm salutat ídem ex occultó sonus.
Voce hóspitali cónfirmatus réstitit,
Ut, quísquis esset, pár officium réciperet.
Quum círcumspectans érrore haesissét diu,
Et pérdidisset témpus aliquot míllium,
Osténdit sese Córvus, et supérvolans:
AVE úsque ingessit. Túm se lusum intélligens,
At málè tibi sit, ínquit, ales péssimè,
Qui féstinantis síc detinuistí pedes.

XXIII.

Serpens et Lacerta.

Ubi deficiunt vires, astu utendum.

Serpéns Lacertam fórte adversam prénderat
Quam dévorare pátulá quum vellét gulâ,
Arrípuit illa própe iacentem súrculum,
Et pértinaci mórsu transversúm tenens,
Avidúm solerti ríctum fraenavít morâ.
Praedám dimisit óre Serpens írritam.

XXIV.

Cornix et Ovis.

Multos lacessere debiles; cedere fortib

Odiósa Cornix súper Ovem consédérat;
Quam dórso quum tulísset invita ét diu,

Id, inquit, si dentáto fecissés cani,
Poenás dedisses. Illa contra péssima:
Despício inermes équidem, et cedo fórtibus;
Scio quém lacessam, cui dolosa blándiar.
Ideó senectam tót per annos prórogo.

XXV.

Servus et Dominus.

Nullum esse maledictum gravius conscientiâ.

Quum Sérvus sceleris múltaretur nóxiâ,
Uxórem Domini quód corrupissét sui,
Idque ille sciret, córam circumstántibus:
Placés tibi, inquit; nám quum non debés, places;
Sed nón impune; quía quum debes, nón places.

XXVI.

Lepus et Bubulcus.

Multos verbis esse blandos, pectore infidelis

Quum Vénatorem céleripes fugerét Lepus,
Et á Bubulco vísus veprem irréperet:
Per Súperos, inquit, perque spes omnés tuas,
Ne me indices, Bubúlce; nihil umquám mali
Huic ágro feci. Et Rústicus: ne timueris;
Laté securus. Iámque Venatór sequens:
Quaesó, Bubulce, númquid húc venít Lepus?
Venít, sed abiit hác ad laevam; et déxteram
Demónstrat nutu pártem. Venatór citus
Non íntellexit, séque e conspectu ábstulit.
Tunc síc Bubulcus: Ecquid est gratúm tibi,
Quod té celavi? — Línguae prorsus nón nego
Habére atque agere máximas me grátias;
Verum óculis ut privéris opto pérfidis.

XXVII.

Meretrix et Iuvenis.

Multa esse iucunda, quae tamen sunt incommod

Quum blándiretur Iúveni Meretrix pérfida,
Et ílle laesus múltis saepe iniúriis,
Tamén praeberet sése facilem Múlieri,
Sic ínfidelis: plúres muneribús licet
Conténdant, ego te plúrimi fació tamen.
Iuvenís recordans, quótiens deceptús foret:
Lubénter, inquit, méa lux, hanc vocem aúdio;
Non quód fidelis, séd quo iucunda ést mihi.

XXVIII.

F i b e r.

Multi viverent, si salutis gratiâ fortunas par facerent.

Canés effugere quúm iam non possét Fiber,
(Graecí loquaces quém dixerunt Cástorem,
Et índiderunt béstiae nomén Dei
Hi, quí se iactant dé verborum cópiâ;)
Abrípere morsu fértur testiculós sibi,
Quia própter illos séntiat sesé peti.
Divínâ fieri quód ratione nón negem.
Venátor namque símul invenit rémedium,
Omíttit ipsum pérsequi, et vocát canes.
Hoc sí praestare póssent homines, út suo
Vellénr carere, túti posthac víverent.
Haud quísquam insidias núdo faceret córpori.

XXIX.

Papilio et Vespa.

Non praeteritam, sed praesentem esse fortunam aspiciendam.

Papílio Vespam praétervolitantém videns,
O sórtem iniquam, aít . . . . . .
Quorum éx reliquiis ánimam nos accépimus.
Egó loquens in p. . . . fortis praéliis,
Arte ómni princeps ántea qualís fui!
En cúncta levitas pútris et volátilis.
Tu quí fuisti múlus clitellárius,
Quemcúmque visum est, laédis fixo acúleo.
At Véspa dignam móribus vocem édidit:
Non quí fuerimus, séd qui nunc simús, vide.

XXX.

Terraneola et Vulpes.

Pravis non esse adhibendam fidem.

Avís, quam dicunt Térraneolam rústici,
In térra nidum quía componit scílicet,
Forte óccucurrit ímprobae Vulpéculae;
Quá vísâ, pennis áltius se sústulit.
Salve, ínquit illa, cúr me fugisti óbsecro?
Quasi nón abunde sít mihi in prató cibus,
Gryllí, scarabaei, lócustarum cópia;
Non ést quod metuas, rógo; te multum díligo
Proptér tam sanctos móres et vitám probam.
Respóndit contra: Tú quidem bene praédicas;
Non súm tamen propiór tibi, sed sum súb dio;
Quin séquere; sic vitám tibi committó meam.

EPILOGUS

de iis, qui legunt libellum.

Hoc quálecumque est, Músa quod lusít me
Nequítia pariter laúdat et frugálitas;
Sed haéc simpliciter; ílla tacite irascitur.

FLAVII AVIANI FABULAE.

AVIANUS THEODOSIO.

*Dubitanti mihi, Theodosi optime, quonam litera-
rum titulo nostri nominis memoriam mandaremus,
fabularum textus occurrit: quod in his urbane
concepta falsitas deceat, et non incumbat neces-
sitas veritatis. Nam quis tecum de oratione, quis
de poëmate loqueretur? quum in utroque litera-
rum genere et Atticos Graeca eruditione superes,
et Latinitate Romanos? Huius ergo materiae du-
cem nobis Aesopum noveris, qui responso Delphici
Apollinis monitus ridicula orsus est, ut legenda
firmaret. Verum has pro exemplo fabulas et So-
crates divinis operibus indidit, et poemati suo
Flaccus aptavit; quod in se, sub iocorum commu-
nium specie, vitae argumenta contineant; quas
Graecis iambis Babrius repetens in duo volumina
coartavit. Phaedrus etiam partem aliquam quin-
que in libellos resolvit. De his ergo ad quadra-
ginta et duas in unum redactas fabulas edidi,
quas rudi Latinitate compositas elegis sum expli-
care conatus. Habes ergo opus, quo animum ob-
iectes, ingenium exerceas, sollicitudines leves, to-
umque vivendi ordinem cautus agnoscas. Loqui
iero arbores, feras cum hominibus gemere, verbis
certare volucres, animalia ridere fecimus; ut pro
singulorum necessitatibus vel ab ipsis animis sen-
tia proferatur.*

FLAVII AVIANI

F A B U L A

I.

Rustica et Lupus.

Rustica deflenti parvo iuraverat olim,
Ni taceat, rabido quod foret esca lupo.
Credulus hanc vocem Lupus audiit, et manet ip
Pervigil ante fores, irrita vota gerens.
Nam lassata puer nimie dat membra quieti;
Spem quoque raptori sustulit inde fames.
Hunc ubi silvarum repetentem lustra suarum
Ieiunum coniux sensit adesse lupa:
Cur, inquit, *nullam refers de more rapinam,*
Languida consumptis sed trahis ora genis? —
Ne mireris, ait, *deceptum fraude maligna*
Vix miserum vacua delituisse fuga.
Nam quae praeda, rogo, quae spes contingere po
Iurgia nutricis quum mihi verba darent?

Hàec sibi dicta pūtet, seque hac sciat arte nota
Femineam quisquis credidit esse fidem.

II.

Aquila et Testudo.

Pennatis avibus quondam Testudo locuta est:
Si quis eam volucrem constituisset humi,

Protinus e rubris conchas proferret arenis,
Quis pretium nitido cortice bacca daret;
Indignans sibimet, tardo quod sedula gressu
Nil ageret, toto perficeretque die.
Ast ubi promissis Aquilam fallacibus implet,
Experta est similem perfida lingua fidem,
Et male mercatis dum quaerit sidera pennis,
Occidit infelix alitis ungue fero.
Tum quoque sublimis, quum iam moreretur, in auras
Ingemuit, votis haec licuisse suis;
Atque ait: *exosae post haec documenta quietis*
Non sine supremo magna labore peti.

Sic, quicunque nova sublatus laude tumescit,
Dat merito poenas, dum meliora cupit.

III.

Cancer et Mater.

Curva retrocedens quum fert vestigia Cancer,
Hispida saxosis terga relisit aquis.
Hunc genitrix facili cupiens procedere gressu,
Talibus alloquiis praemonuisse datur:
Ne tibi transverso placeant haec devia, nate,
Rursus in obliquos neu velis ire pedes:
Sed nisu contenta ferens vestigia recto,
Innocuos proso tramite siste gradus.
Cui natus, *Faciam, si me praecesseris,* inquit,
Rectaque monstrantem certior ipse sequar.
Nam stultum nimis est, quum tu pravissima tentes,
Alterius censor ut vitiosa notes.

IV.

Boreas et Sol.

Immitis Boreas placidusque ad sidera Phoebus
Iurgia cum magno conseruere love,

Quis prior inceptum peragat: mediumque per
Carpebat solitum forte viator iter.
Convenit hanc potius liti praefigere causam,
Pallia nudato decutienda viro.
Protinus impulsus ventis circumtonat aether,
Et gelidus nimias depluit imber aquas.
Ille magis duplicem lateri circumdat amictum,
Turbida summotos qua trahit aura sinus.
Sed tenues radios paullatim increscere Phoebu
Iusserat, ut nimio surgeret igne iubar;
Donec, lassa volens requiescere membra, viatc
Deposita fessus veste resedit humi.
Tunc victor docuit praesentia Numina Titan,
Nullum praemissis vincere posse minis.

V.

Rusticus et Asinus.

Metiri se quemque decet, propriisque iuvari
Laudibus, alterius nec bona ferre sibi,
Ne detracta gravem faciant miracula risum,
Coeperit in solitis quum remeare malis.
Exuvias Asinus Gaetuli forte leonis
Reperit, et spoliis induit ora novis,
Aptavitque suis incongrua tegmina membris
Et miserum tanto pressit honore caput.
Ast ubi terribilis animo circumstitit horror,
Pigraque praesumptus venit in ossa vigor;
Mitibus ille feris communia pabula calcans,
Turbabat pavidas per sua rura boves.
Rusticus hunc magna postquam deprendit ab a
Correptum vinclis verberibusque domat;
Et simul abstracto denudans corpora tergo,
Increpat his miserum vocibus ille pecus:
Forsitan ignotos mutato tegmine fallas,
At mihi, qui quondam, semper asellus eris.

VI.

Rana et Vulpis.

Edita gurgitibus, olimque immersa profundo,
Et luteis tantum semper amica vadis,
Ad superos colles, herbosaque prata recurrens,
Mulcebat miseras turgida Rana feras,
Callida quod posset gravibus succurrere morbis,
Et vitam ingenio continuare suo.
Nec se Paeonio iactat cessisse magistro,
Quamvis perpetuos curet in orbe Deos.
Tunc Vulpes pecudum ridens astuta quietem,
Verborum vacuam prodidit esse fidem.
Haec dabit aegrotis, inquit, *medicamina membris,*
Pallida caeruleus cui notat ora color.

Ne sibimet quisquam de rebus inaniter ullis,
Quas nequit, imponat, fabula nostra docet.

VII.

Canis.

Haud facile est pravis innatum mentibus, ut se
Muneribus dignas suppliciove putent.
Forte Canis quondam nullis latratibus horrens,
Nec patulis primum rictibus ora trahens,
Mollia sed pavidae summittens verbera caudae,
Concitus audaci vulnera dente dabat.
Hunc dominus, ne quem probitas simulata lateret,
Iusserat in rabido gutture ferre nolam.
Faucibus innexis crepitantia subligat aera,
Quae facili motu signa cavenda darent.
Haec tamen ille sibi credebat praemia ferri,
Et similem turbam despiciebat ovans.
Tunc insultantem senior de plebe superbum
Aggreditur, tali singula voce monens:

Infelix! quae tanta rapit dementia sensum,
Munera pro meritis si cupis ista dari?
Non hoc virtutis decus ostentatur in aere,
Nequitiae testem sed geris inde sonum.

VIII.

Camelus.

Contentum propriis sapientem vivere rebus,
Nec cupere alterius, fabula nostra monet;
Indignata cito ne stet Fortuna recursu,
Atque eadem minuat, quae dedit ante, rota

Corporis immensi fertur pecus isse per auras,
Et magnum precibus sollicitasse Iovem:
Turpe nimis cunctis irridendumque videri:
Insignes geminis cornibus ire boves,
Et solum nulla munitum parte Camelum,
Obiectum cunctis expositumque feris.
Iupiter arridens, postquam sperata negavit,
Insuper et magnae sustulit auris onus.
Vive minor merito, cui sors non sufficit, inquit,
Et tua perpetuum, livide, damna geme.

IX.

Viatores.

Montibus ignotis, curvisque in vallibus artum
Cum socio quidam suscipiebat iter;
Securus, quodcunque malum fortuna tulisset,
Robore collato posset uterque pati.
Dumque per inceptum vario sermone feruntur,
In mediam praeceps convenit ursa viam.
Horum alter, facili comprendens robora cursu,
In viridi trepidum fronde pependit onus.
Ille trahens nullo iacuit vestigia gressu,
Exanimem fingens, sponte relisus humi.

Continuo praedam cupiens fera saeva cucurrit,
Et miserum curvis unguibus ante levat.
Verum ubi concreto riguerunt membra timore,
(Nam solitus mentis liquerat ossa calor,)
Tunc oblidum credens, quamvis ieiuna, cadaver
Deserit, et lustris conditur ursa suis.
Sed quum securi paullatim in verba redissent,
Liberior iustó, qui fuit ante fugax:
Dic, sodes, quidnam trepido tibi retulit ursa?
Nam secreta diu multaque verba dedit. —
Multa quidem monuit, tamen haec quoque maxima iussit,
Quae misero semper sunt facienda mihi:
Ne facile alterius repetas consortia, dixit,
Rursus ab insana ne capiare ferâ.

X.

Eques.

Calvus Eques capiti solitus religare capillos,
Atque alias nudo vertice ferre comas,
Ad Campum nitidis venit conspectus in armis,
Et facilem frenis flectere coepit equum.
Huius ab adverso Boreae spiramina perflant
Ridiculum populo conspiciente caput.
Nam mox deiecto nituit frons nuda galero,
Discolor apposita quae fuit ante coma.
Ille sagax, tantis quum risus millibus esset,
Distulit admota calliditate iocum,
Quid mirum, positos, referens, *fugisse capillos,*
Quem prius aequaevae deseruere comae?

Ridiculo cuiquam quum sis, absolvere temet
Opposita veri cum ratione stude.

XI.

Olla aerea et lutea.

Arripiens geminas ripis cedèntibus Ollas,
Insanis pariter flumen agebat aquis.
Sed diversa duas ars et natura creavit:
Aere prior fusa est, altera ficta luto.
Dispar erat fragili et solidae concordia motus,
Incertumque vagus amnis habebat iter.
Ne tamen allisam confringeret aerea testam,
Iurabat, solitam longius ire viam.
Illa timens, ne quid levibus graviora nocerent,
Et quia nulla brevi est cum meliore fides,
Quamvis securam verbis me feceris, inquit,
Non timor ex animo discutiendus erit.
Nam me sive tibi, seu te mihi conferat unda,
Semper ero ambobus subdita sola malis.

Pauperior caveat sese sociare potenti,
Namque fides illi cum parili melior.

XII.

Rusticus, qui Thesaurum invenera

Rusticus impresso molitus vomere terram,
Thesaurum sulcis prosiluisse videt.
Mox indigna animo properante relinquit aratra,
Semina compellens ad meliora boves.
Continuo supplex Telluri construit aras,
Quae sibi depositas sponte dedisset opes.
Hunc Fortuna novis gaudentem proyida rebus
Admonet, indignam se quoque ture dolens:
Nunc inventa meis non prodis munera templis,
Atque alios mavis participare Deos.
Sed quum surrepto fueris tristissimus auro,
Me primam lacrimis sollicitabis inopa.

Non me ridenti sed tristi cernere vultu
Fas erit, et vacua sint tibi vota tua.

Unius accepto peccat grave quisque talento,
Si, quod ab hoc sumpsit, imputat hoc alii.

XIII.

Taurus et Hircus.

Immensum Taurus fugeret quum forte leonem,
Tutaque desertis quaereret antra iugis,
Speluncam reperit, quam tunc hirsutus habebat
Cinyphii ductor qui solet esse gregis.
Ast ubi summissa meditantem irrumpere fronte
Obvius obliquo terruit ore Caper:
Tristis abit, longaque fugax de valle locutus
(Nam timor expulsum iurgia ferre vetat):
Non te demissis setosum, putide, barbis,
Illum, qui superest consequiturque, tremo.
Nam si discedat, nosces, stultissime, quantum
Discrepet a tauri viribus hircus olens.
Dum cupis illatum tibimet par solvere damnum,
Absque tuo damno hocce caveto fore.

XIV.

Simia et Iupiter.

Iupiter in toto quondam quaesiverat orbe,
Munera natorum qui meliora daret.
Certatim ad regem currit genus omne ferarum,
Permixtumque homini cogitur ire pecus.
Sed nec squamigeri desunt ad iurgia pisces,
Vel quicquid volucrum purior aura vehit.
Inter quos trepidae ducebant pignora matres,
Iudicio tanti discutienda Dei.
Tunc brevis informem traheret quum Simia natum,
Ipsum etiam in risum compulit ire Iovem.

Haec tamen ante alias rupit turpissima vocem,
Dum generis crimen sic abolere cupit:
Iupiter hoc norit, maneat victoria si quem;
Iudicio superest omnibus iste meo.

Ergo mos homini est, quicquid sibi fecerit ipse,
Vile licet maneat, comprobat ipse tamen.
Nolo velis rerum quicquam laudare tuarum,
Alterius nisi sunt ore probata prius.

XV.
Grus et Pavo.

Threiciam volucrem fertur Iunonius ales
Communi sociam continuasse cibo.
Namque inter varias fuerat discordia formas,
Magnaque de facili iurgia lite trahunt:
Quod sibi multimodo fulgerent membra decore,
Caeruleam facerent livida terga Gruem.
Et simul erectae circumdans tegmina caudae
Sparserat arcanum rursus in astra iubar.
Illa licet nullo pennarum certet honore,
His tamen insultans vocibus usa datur:
Quamvis innumerus plumas variaverit ordo,
Mersus humi semper florida terga geris.
Ast ego deformi sublimis in aëra penna
Proxima sideribus numinibusque feror.

Si quadam virtute nites, ne despice quemquam,
Ex alia quadam forsan et ipse nitet.

XVI.
Quercus et Arundo.

Montibus e summis radicitus eruta Quercus
Decidit, insani turbine victa noti.

tumidis subter decurrens alveus undis
:ipit, et fluvio praecipitante rapit.
a ubi diversis impellitur ardua ripis,
ragiles calamos grande resedit onus.
, sic exiguo connectens cespite ramos,
ratur, liquidis quod stet Arundo vadis.
ioque tam vasto necdum consistere trunco,
t illam tenui cortice ferre minas.
lula mox blando respondet canna susurro,
eque magis tutam debilitate docet.
rabidos, inquit, *ventos saevasque procellas*
)espicis, et totis viribus acta ruis.
:ego surgentes paullatim demoror austros,
Et quamvis levibus provida cedo notis.
tua praeruptus offendit robora nimbus,
Motibus aura meis ludificata peris.

.aec nos dicta monent magnis obsistere frustra,
Paullatimque truces exsuperare minas.

XVII.

Venator et Tigris.

/enator, iaculis haud irrita vulnera torquens,
Turbabat rapidas per sua lustra feras.
um pavidis audax cupiens succurrere Tigris
Verbere commotas iussit adesse minas.
le tamen solito contorquens tela lacerto,
Nunc tibi, qualis eram, nuncius iste refert;
t simul emisso transiecit viscera ferro,
Perstrinxitque citos hasta cruenta pedes.
[olliter affixum traheret quum saucia telum,
A trepida fertur vulpe retenta diu;
'um rogat unde foret, qui talia vulnera ferret,
Aut ubinam iaculum delituisset agens.

Illa gemens, fractoque loqui vix murmure coepit,
  Nam solitas voces ira dolorque rapit:
Nulla quidem medio convenit in aggere forma;
  Quaeque oculis olim sit repetenda meis;
Sed cruor, et validis in me contorta lacertis
  Ostendunt aliquem tela fuisse virum.

Bruta licet soleant animalia iure timeri,
  Omnibus est illis plus metuendus homo.

XVIII.

Iuvenci et Leo.

Quatuor immensis quondam per prata Iuvencis
  Fertur amicitiae tanta fuisse fides,
Ut simul emissos nullus divelleret error,
  Rursus et e pastu turba rediret amans.
Hos quoque collatis inter se cornibus ingens
  Dicitur in silvis pertimuisse Leo;
Dum metus oblatam prohibet tentare rapinam,
  Et coniuratos horret adire boves.
Et quamvis audax, factisque immanior esset,
  Tantorum solus viribus impar erat.
Protinus aggreditur pravis insistere verbis,
  Collisum cupiens dissociare pecus.
Et postquam dictis animos disiunxit acerbis,
  Invasit miserum diripuitque gregem.
Tunc quidam ex illis: *Vitam servare quietam*
  Qui cupit, ex nostra discere morte potest.

Nemo cito admotas verbis fallacibus aures
  Impleat, aut veterem deserat ante fidem.

XIX.

Abies et Dumus.

entes Dumos Abies pulcherrima risit,
m facerent formae iurgia magna suae;
ium referens cunctis certamen haberi,
s meritis nullus consociaret honos.
uihi deductum surgens in nubila corpus,
icis erectas tollit in astra comas.
bus in mediis mediaque in sede locamur:
ie suspensos explicat aura sinus.
deformem quod dant spineta figuram,
pectum cuncti praeteriere viri.
fert: *Nunc laeta quidem bona sola fateris,*
ostris frueris imperiosa malis;
um pulchra minax succidet membra securis,
m velles spinas tunc habuisse meas!

suae carnis nimium laetetur honore
ilis factus post sua damna gemat.

XX.

Piscator et Piscis.

tor solitus praedam deprendere seta,
ui piscis vile trahebat onus.
stquam superas captum perduxit ad auras,
e avido fixum vulnus ab ore tulit,
precor, supplex lacrimis ita dixit obortis,
quanta ex nostro corpore lucra feres?
ie saxosis genitrix fecunda sub antris
t, et in propriis ludere iussit aquis.
inas, tenerumque tuis sine crescere menses;
tibi me rursum litoris ora dabit.
s immensi depastus caerula ponti,
ior ad calamum sponte recurro tuum.

Ille nefas captum referens absolvere piscem,
Difficiles queritur casibus esse vices.
Nam miserum est, inquit, *praesentem amittere praedam,*
Stultius et rursum vota futura sequi.

Incerta pro spe non munera certa relinque,
Ne rursus quaeras forte, nec invenias.

XXI.

Rusticus et Avis.

Parvula progeniem terrae mandaverat ales,
Qua stabat viridi cespite flava seges.
Rusticus hanc fragili cupiens decerpere culmo,
Vicinam supplex forte petebat opem.
Sed vox implumes turbavit credula nidos,
Suaserat et laribus continuare fugam.
Cautior hos remeans prohibet discedere mater:
Nam, quid ab externis proficietur? ait.
Ille iterum caris operam mandavit amicis.
At genitrix rursum tutior inde manet.
Sed postquam curvas dominum comprendere falc
Frugibus et veram sensit adesse manum,
Nunc, ait, *o miseri, dilecta relinquite rura,*
Quum spem de propriis viribus ille petit.

XXII.

Invidus et Cupidus.

Iupiter ambiguas hominum praediscere mentes,
Ad terras Phoebum misit ab arce poli.
Tunc duo diversis poscebant numina votis:
Namque alter Cupidus, Invidus alter erat.
His sese medium Titan, scrutatus utrumque,
Obtulit, et precibus ut peteretur, ait,

Praestabit facilis: nam quae speraverit unus,
Protinus haec alter congeminata feret.
Sed cui longa iecur nequeat satiare cupido,
Distulit admotas in nova damna preces;
Spem sibi confidens alieno crescere voto,
Seque ratus solum munera ferre duo.
Ille ubi captantem socium sua praemia vidit,
Supplicium proprii corporis optat, ovans.
Nam petit exstinctus ut lumine degeret uno,
Alter ut, hoc duplicans, vivat utroque carens.
Tunc sortem sapiens humanam risit Apollo,
Invidiaeque malum retulit inde Iovi,
Quae dum proventis aliorum gaudet iniquis,
Laetior infelix et sua damna cupit.

XXIII.

Statuarius.

Venditor insignem referens de marmore Bacchum
Expositum pretio fecerat esse Deum.
Nobilis hunc quidam funesta in sede sepulcri
Mercari cupiens compositurus erat;
Alter adoratis ut ferret munera templis,
Redderet et sacro debita vota loco.
Nunc, ait, *ambiguum facies de mercibus omen,*
Quum spes in pretium munera dispar agit,
Et me defunctis, seu malis tradere Divis,
Sive decus busti, seu velis esse Deum.
Subdita namque tibi est fati reverentia magni,
Atque eadem retines funera nostra manu.

Convenit hoc illis, quibus est permissa potestas,
An prodesse aliis vel nocuisse velint.

XXIV.

Venator et Leo.

Certamen longa protractum lite gerebant
Venator quondam nobilis atque Leo.
Hi quum perpetuum cuperent in iurgia finei
Edita continuo forte sepulcra vident.
Illic docta manus flectentem colla Leonem
Fecerat in gremio procubuisse viri.
Scilicet affirmans pictura teste superbum
Se fieri: exstinctam nam docet esse feram
Ille graves oculos ad inania signa retorquen:
Infremit, et rabido pectore verba dedit:
Irrita te generis subiit fiducia vestri,
Artificis testem si cupis esse manum.
Quodsi nostra novum caperet sollertia sensum
Sculperet ut docili pollice saxa leo:
Tunc Hominem aspiceres oppressum murmur
Conderet ut rabidis ultima fata genis.

XXV.

Puer et Fur.

Flens Puer extremam putei consedit ad un
Vana supervacuis rictibus ora trahens.
Callidus hunc lacrimis postquam Fur vidit o
Quaenam tristitiae sit modo causa, rogat
Ille sibi abrupti fingens discrimina funis,
Atque auri queritur desiluisse cadum.
Nec mora; sollicitam traxit manus improba
Exutus putei protinus ima petit.
Parvulus exiguo circumdans pallia collo,
Sentibus immersus delituisse datur.
Sed post fallaci suscepta pericula voto
Tristior, amissa veste resedit humi.

Dicitur his sollers vocem rupisse querelis,
Et gemitu summos sollicitasse Deos:
Perdita, quisquis erit, posthac sibi pallia credat,
Qui putat in liquidis quod natat urna vadis.

Nemo nimis cupide sic res desideret ullas,
Ne, plus quum cupiat, perdat et id, quod habet.

XXVI.
Leo et Capella.

Viderat excelsa pascentem rupe Capellam,
Cominus esuriens quum Leo ferret iter.
Et prior, *Heus*, inquit, *praeruptis ardua saxis*
Linque, nec hirsutis pascua quaere iugis;
Sed cytisi croceum per prata virentia florem,
Et glaucas salices et thyma grata pete.
Illa gemens, *Desiste, precor, fallaciter*, inquit,
Securam placidis sollicitare dolis.
Vera licet moneas et magna pericula, tollas
Tu tamen: his dictis non facis esse fidem.
Nam quamvis rectis constet sententia verbis,
Suspectam hanc rabidus consiliator habet.

Ne citius blandis cuiusquam credito dictis,
Sed si sint fidi, respice quid moneant.

XXVII.
Cornix et Urna.

Ingentem sitiens Cornix aspexerat Urnam,
Quae minimam fundo continuisset aquam.
Hanc enisa diu planis effundere campis,
Scilicet ut nimiam pelleret inde sitim,
Postquam nulla viam virtus dedit, admovet omnes
Indignata nova calliditate dolos.

Nam brevis immersis accrescens sponte lapillis
Potandi facilem praebuit unda viam.

Viribus haec docuit quam sit prudentia malor,
Qua coeptum volucris explicuisset opus.

XXVIII.

Rusticus et Iuvencus.

Vincla recusanti, dedignantique Iuvenco
Aspera mordaci subdere colla iugo,
Rusticus obliqua succidens cornua falce,
Credidit insanum defremuisse pecus;
Cautus et immenso cervicem innectit aratro:
(Namque erat hic cornu promtior atque pede)
Scilicet ut longus prohiberet verbera temo,
Neve ictus faciles ungula saeva daret.
Sed postquam irato detractans vincula collo
Immeritam vacua calce fatigat humum,
Continuo eversam pedibus dispergit arenam,
Quam ferus in domini ora sequentis agit.
Tunc sic informi squalentes pulvere crines
Discutiens, imo pectore victus ait:
Nimirum exemplum naturae deerat iniquae,
Qua fieri posses cum ratione nocens.

XXIX.

Satyrus et Viator.

Horrida congestis quum staret bruma pruinis,
Vinctaque durato stringeret arva gelu:
Haesit in adversa nimborum mole viator;
Perdita nam prohibet semita ferre gradum.
Hunc nemorum custos fertur miseratus in antro
Exceptum Satyrus continuisse suo.

ı simul aspiciens ruris miratur alumnus,
nque homini tantam protinus esse pavet.
gelidos artus vitae ut revocaret in usum,
atas calido solverat ore manus.
uum depulso coepisset frigore laetus
spitis eximia sedulitate frui,
que ille agrestem cupiens ostendere vitam,
varum referens optima quaeque dabat;
it et calido plenum cratera Lyaeo,
cet ut infusus frigida membra tepor:)
ɔi ferventem labris contingere testam
rruit, algenti rursus ab ore tulit.
ıpuit duplici monstro perterritus hospes,
pulsum silvis longius ire iubet.
ait, *ut nostris unquam successerit antris,*
n diversa duo qui simul ore ferat.
ene colloquitur coram, sed postea prave,
: erit invisus, bina quod ora gerat.

XXX.

Villicus et Dominus.

antem segetes et pinguia culta ruentem
ıuerat abscisa Rusticus aure suem;
ımor accepti referens monumenta doloris
erius teneris parceret ille satis.
ıs in excepti deprensus crimine campi
didit indultae perfidus auris onus.
ıora; praedictae segeti caput intulit horrens,
na sed indignum congeminata facit.
Domini captum mensis dedit ille superbis,
varias epulas plurima frusta secans.
ıum consumpti Dominus cor quaereret apri,
ıatiens fertur cor rapuisse coquus.
cus hoc iustam verbo compescuit iram,
mans stultum non habuisse suem.

Nam cur membrorum demens in damna rediss
Atque uno totiens posset ab hoste capi?

Haec illos praecepta monent, qui saepius ausi
Nunquam peccatis abstinuere manus.

XXXI.

Mus et Bos.

Ingentem fertur Mus quondam pauper oberr
Ausus ab exiguo laedere dente Bovem.
Verum ubi mordaci confecit vulnera rostro,
Rursus in anfractus conditur inde suos.
Ille licet vasta torvum cervice minetur,
Non tamen iratus, quem petat, esse videt.
Tunc indignantem iusto sermone fatigans
Distulit hostiles calliditate minas:
Non quia magna tibi tribuerunt membra paren
Viribus effectum constituere tuis.

Disce tamen, brevibus quae sit fiducia monstr
Ut facias, quicquid parvula turba cupit.

XXXII.

Rusticus et Hercules.

Haerentem luteo sub gurgite Rusticus axem
Liquerat, et nexos ad iuga curva boves;
Frustra dispositis confidens Numina votis,
Ferre suis rebus, quum resideret, opem.
Cui rector summis Tirynthius infit ab astris,
Nam vocat hunc supplex in sua vota Deum:
Perge laborantes stimulis agitare iuvencos,
Et manibus pigras disce iuvare rotas.
Tunc quoque congressum maioraque viribus au
Fas Superos animis conciliare tuis.

Disce tamen pigris non flecti Numina votis,
Praesentesque adhibe, quum facis ipse, Deos.

XXXIII.
Anser et Rusticus.

Anser erat cuidam pretioso germine feta,
Ovaque quae nidis aurea saepe daret.
Fixerat hanc volucri legem natura superbae,
Ne liceat pariter munera ferre duo.
Sed dominus, cupidum sperans vanescere votum,
Non tulit exosas in sua lucra moras;
Grande ratus pretium volucris de morte referre,
Quae tam continuo munere dives erat.
Postquam nuda minax egit per viscera ferrum,
Et vacuam solitis fetibus esse videt:
Ingemuit tantae deceptus crimine fraudis;
Nam poenam meritis retulit inde suis.

Sic, qui cuncta Deos uno male tempore poscunt,
Iustius his etiam vota diurna negant.

XXXIV.
Formica et Cicada.

Quisquis torpentem passus transire iuventam,
Nec timuit vitae providus ante mala:
Confectus senio, postquam gravis affuit aetas,
Heu frustra alterius saepe rogabit opem.

Solibus ereptos hiemi Formica labores
Distulit, et brevibus condidit ante cavis.
Verum ubi candentes suscepit terra pruinas,
Arvaque sub rigido delituere gelu:
Pigra nimis tantos non aequans corpore nimbus,
In propriis laribus humida grana legit.

Decolor hanc precibus supplex alimenta rogabat,
Quae quondam querulo ruperat arva sono:
Se quoque, maturas quum tunderet area messes,
Cantibus aestivos explicuisse dies.
Parvula tunc ridens sic est affata Cicadam
(Nam vitam pariter continuare solent:)
En quoniam summo substantia parta labore est,
Frigoribus mediis otia longa traho.
At tibi saltandi nunc ultima tempora restant,
Cantibus est quoniam vita peracta prior.

XXXV
Simia et Nati.

Fama est, quod geminum profundens Simia partum
Dividit in varias pignora bina vices.
Namque unum caro genitrix educit amore,
Alteriusque odiis exsaturata tumet.
Coeperit ut fetam gravior terrere tumultus,
Dissimili natos conditione rapit.
Dilectum manibus vel pectore gestat amico,
Contemptum dorso suscipiente levat.
Sed quum lassatis uequeat consistere plantis,
Oppositum fugiens sponte remittit onus.
Alter at hirsuto circumdans brachia collo
Haeret, et invita cum genitrice fugit.
Mox quoque dilecti succedit in oscula fratris,
Servatus vetulis unicus heres avis.

Sic multos neglecta iuvant, atque ordine verso
Spes humiles rursus in meliora refert.

XXXVI.
Vitulus et Bos.

Pulcher et intacta Vitulus cervice resultans
Scindentem assidue viderat arva Bovem.

Non pudet, heus, inquit, *longaevo vincula collo*
Ferre, nec expositis otia nosse iugis?
Quum mihi subiectas pateat decursus in herbas,
Et nemorum liceat rursus opaca sequi.
At senior, nullam verbis compulsus in iram,
Vertebat solitam vomere fessus humum;
Donec deposito per prata liceret aratro
Molliter herboso procubuisse toro.
Mox Vitulum sacris innexum respicit aris
Admotum cultro cominus ire prope.
Hanc tibi tristis, ait, *dedit indulgentia mortem,*
Expertem nostri quae facit esse iugi.
Proderit ergo graves quamvis tolerare labores,
Otia quam tenerum mox peritura pati.

Est hominum sors ista, magis felicibus ut sit
Mors cita, quum miseros vita diurna regat.

XXXVII.

Canis et Leo.

Pinguior exhausto Canis occurrisse Leoni
Fertur, et insertis verba dedisse iocis.
Nonne vides, duplici tendantur ut ilia tergo,
Luxurietque toris nobile pectus? ait.
Proximus humanis ducor post otia mensis,
Communem capiens largius ore cibum.
Nec quod crassa nocet circumdat guttura ferrum,
Ne custodita fas sit abire domo.
At tu magna diu moribundus lustra pererras,
Donec se silvis obvia praeda ferat.
Perge igitur nostris tua subdere colla catenis,
Sic liceat faciles promeruisse dapes.
Protinus ille gravem gemitu collectam in iram
Atque ferox animi nobile murmur agit.

Vade, ait, *et meritis nodum cervicibus infer,*
Compescantque tuam vineula dira famem.
At mea quum vacuis libertas redditur antris,
Quamvis ieiunus, quae libet, arva peto.
Has illis epulas potius laudare memento,
Qui libertatem postposuere gulae.

XXXVIII.

Piscis fluviatilis et marinus.

Dulcibus e stagnis fluvio torrente coactus,
Aequoreas praeceps Piscis obibat aquas.
Illic squamigerum despectans improbus agmen,
Eximium sese nobilitate refert.
Non tulit expulsum patrio sub gurgite Phoca,
Verbaque cum salibus asperiora dedit.
Vana laboratis aufer mendacia dictis,
Quaeque refutari te quoque teste queant.
Nam quis erit potior, populo spectante probabo,
Si pariter captos humida lina trahant.
Tunc me nobilior magno mercabitur emptor,
Te simul aere brevi debile vulgus emet.

Quisquis ab externis nuper devenerit oris,
Non decet indigenis ut velit esse prior.

XXXIX.

Miles et Lituus.

Voverat attritus quondam per proelia Miles,
Omnia suppositis ignibus arma dare,
Vel quae victori moriens sibi turba dedisset,
Vel quicquid profugo posset ab hoste capi.
Interea votis sors affuit, et memor arma
Coeperat accenso singula ferre rogo.

tuus, rauco defendens murmure culpam,
ritum flammis se docet esse prius.
os, inquit, petierunt tela lacertos,
ts affirmes quae tamen acta meis.
um ventis et cantibus arma coëgi,
quoque summisso testor et astra sono.
ultantem flammis crepitantibus addens,
maior, ait, poenâ dolorque rapit.
t ipse nihil possis tentare, nec ausus;
r hoc, alios quod facis esse malos.

XL.

Vulpes et Pardus.

tus maculis et pulchro pectore Pardus
consimiles ibat in arva feras.
nulla graves variarent terga leones,
us his miserum credidit esse genus:
ordenti damnans animalia vultu
in exemplum nobilitatis erat.
guta novo gaudentem Vulpis amictu
it, et vanas approbat esse notas.
t, et pictae nimium confide iuventae,
nihi consilium pulchrius esse queat.

rque magis, quos munera mentis adornant,
qui corporeis enituere bonis.

XLI.

Imber et Testa.

s ventis et pressa nube coactus
at hibernis se gravis imber aquis.
e per effusas stagnaret turbine terras,
tum campis fictile pressit opus.

(Mobile namque lutum tepidus prius instruit a
Discat ut admoto rectius igne coqui.)
Tunc Nimbus fragilis perquirit nomina Testa
Immemor illa sui, *Amphora dicor*, ait.
Nam me docta manus, rapiente volumina gyro,
Molliter obliquum iussit habere latus. —
Hactenus hac, inquit, *liceat constare figura:*
Iam te subiectam diluet imber aquis.
Et simul accepto violentius amne fatiscens
Pronior in tenues victa cucurrit aquas.
Infelix, quae magna sibi cognomina sumens
Ausa pharetratis Imbribus ista loqui.
Haec poterunt posthac miseros exempla monei
Subdita nobilibus ut sua fata gemant.

XLII.

Lupus et Haedus.

Forte Lupum melior cursu deluserat Haedus,
Proxima vicinis dum petit arva casis.
Inde fugam recto tendens in moenia cursu
Inter lanigeros constitit ille greges.
Impiger hunc raptor mediamque secutus in urb
Tentat compositis sollicitare dolis.
Nonne vides, inquit, *cunctis ut victima templis*
Immerita pecudum morte cruentet humum?
Quod nisi securo valeas te reddere campo,
Hei mihi! vittata tu quoque fronte cadis.
Ille refert: *Modo, quam metuis, precor, exue c*
Et tecum viles, improbe, tolle minas.
Nam sat erit sacrum Divis fudisse cruorem,
Quam rabido fauces exsaturare lupo.

Sic quoties duplici subeuntur tristia casu,
Expedit insignem promeruisse necem.

GABRIELIS FAERNI

' A B U L A E.

I.

Ollae duae, aenea et fictilis.

ás trahebat ámnis Ollas, aéneam
m, álteram autem fíctilem.
ahéna, proprio praégravata póndere,
que porro praécavens,
dére coepit ánteeunti fíctili,
iúngi uti vellét sibi,
rápidum aquarum sústinerent ímpétum
:tís utrinque víribus.
fíctilis: Tuá mihi, aít, vicínitas
ádmodum placét, soror:
ı síve te mihi únda, sive mé tibi
pe ádnatantem illíserit,
óspitem te dúra praestabít cutis,
ǵilém meam sic cónteret.

ɔténtiorum sémper est vicínitas
Vitánda tenuióribus.

II.

Iupiter et Minerva.

ǵére proprias díi sibi quondam árboreas,
n *quísque* vellet ésse tutela ín sua:

Quercúm supremus Iúpiter, myrtúm Venus,
Pinum húmidi tridéntifer rectór sali,
Apóllo laurum, pópulum excelsam Hércules.
Miráta enimvero ést Minerva, cúr ita
Infrúctuosas légere voluissént, quibus
Tantum ád manum esset frúctuosarum árborum.
Cui Iúpiter caussam hánc roganti réddidit:
Ne exístimemur frúctu honorem véndere.
Tum Pállas: At vos fácite, quod vobís lubet:
Ego, ínquit, oleam frúctuum caussá lego.
Exósculatus fíliam tum Iúpiter:
O náta, dixit, iúre sapiens ómnibus
Dicére saeclis! iúre tu capitís mei
Propágo: nam, quod fácimus, id nisi útile est,
Stulta ómnis atque inánis inde est glória.

III.

Leo, Asinus et Vulpes.

Initá societate Ásinus et Leo ác Vúlpes
Venátum iere. Cúmque praeda iám múltá
Facta ésset atque hanc trés Asellus ín pártés
Divídere iussus, éx bono esset átque aéquo
Partítus, ira Léo superbus éxársit,
Miserúmque divisórem atrocitér sáne
Dolí mali atque iníquitatis ádcúsans,
Discérptum hianti cóndidit voráx álvo.
Rictú cruento defínde versus ád Vúlpem,
Ut fáceret aequas sédulo innuít pártes.
Ea férme ab una párte cuncta sécrévit
Leóni, ab altera íd sibi, quod á tántá
Pauxíllulum detráctione réstábat.
Tum géstiens Leo: Vnde, ait, sorór Vúlpes,
Es dívidundo tam érudita cómmúni?
Asiní calamitas éxitusqūe lúgúbris
Me fécit, inquit ílla, iurecónsúltam.
Aliéna sunt perícla cautió nóstra.

IV.

Asinus et Lupus.

lcátus Asino clávus in pede haéserat,
em Lúpus, acuta frétus acie déntium,
licúm professus átque pactus praémium,
ráxit: itaque exígere mercedem ínstitit.
érsus Asinus, gráviter os impróvidi
i átque mediam cálce frontem pérculit.
Lupus: Iure, ínquit, hoc mihi áccidit:
ue enim, eoquus qui sim, ágere medicum débui!
uam quísque novit ártem, in hac se exérceat!

V.

Leo mente captus et Caprea.

rcitum átra bíle Cáprea cúm Leónem cérnerét,
vagantem láta campi spátia vesanís modis:
erarum tríste fatum, díxit, ac misérrimum!
n Leo si cómpos animi nón erat ferrí potis:
ic ubi insaníre coepit, quam érit atrox et ímpotens!
úlmen est, ubi cúm potestate hábitat iracúndia.

VI.

A s i n i d u o.

iní duo una fórte faciebánt iter,
ístus alter spóngiis, altér sale.
nque híc vadoso in prófluentis tránsitu
praégravante lápsus esset sárcina,
tácto aqua sale ínque tabem líquidam
úto, ab omni líber onere et géstiens
sit undis. Spóngias altér ferens,
víso, et ipse sárcina sese út sua
áret, alto spónte procubuít vado;

Sed, spóngiis aquam úsque combibéntibus
Depréssus, imo mérsus haesit flúmine.

Non úna agendi rátio cunctis cóngruit.

VII.
Formica et Cicada.

Hiberno exponunt dum frumenta humida soli
Formicae, confecta fame et moribunda Cicada
Auxilium rebus supplex orabat egenis.
Hanc Formica anus et multo usu docta rogavit,
Quid rerum aestate egisset. Cumque illa, sonoro
Se membranorum pulsu et crepitantibus alis,
Diceret, aestivos hominum lenisse labores,
Formica excipiens: Si tunc, inquit, cecinisti
Imprudens animi, vacuo nunc corpore salta!

Aetatis dum ver agitur, tum consule brumae!

VIII.
T u r d i.

Ex máximo cum fórte Turdorúm globo,
Ad praécoces vindémias qui Gálliae
Togátae Etruscis dévolarant móntibus,
Exígua sane párs revertissént domum;
Sed hí sagina crássi, obesi, praégraves:
Hos cónspicati quí domi remánserant,
Livóre tacti, sé suamque péssumam
Coepére sortem cónqueri, quod cum iís simul
Ad tám beatas nón profecti essént dapes.
Quibus únus ex iis, quí reversi erán̄t, ait:
O ínscientes átque rerum imprávidi!
Annón videtis, éx quot ante míllibus,
Qui exíveramus spé saginae et crápulae,

l quám redacti paúcitatem núnc sumus,
ıedo éxitu desíderatis céteris,
ıptís, necatis, súb corona vénditis?
ıod sí miserias, sí pericla, sí metus,
cúncta, quae nos, quí supersumús, mala
ırtúlimus, aestimétis et casús graves:
ıe haec stúlta vobis iám libido fúgerit
ıtérna conquisítum eundi pábula!
Paucós beavit aúla, plures pérdidit;
Sed et hós quoque ipsos, quós beavit, pérdidit.

IX.

Sus et Canis.

[agna ínvicem conténtione exárserant
ıs et Canis; magnámque voce díssona
xám ciebant átque acerba iúrgia.
ndém superbis éxacerbatús minis
ı: pér Venerem, ait, sí mihi perréxeris
léstus esse, dénte te transfódero!
n Cánis amaris sálibus adspergéns suem:
e, ínquit, atque adpósite eam iurás deam,
e te ódit adeo, ut, qui éx tua impuríssima
e éderit, eum illa árceat templó suo.
ó potes, sus ínquit, hinc dignóscere,
ı díligat me díva, quae hunc, qui laéserit
ıuíque carnes dénte violarít meas,
út profanum, nólit ad se admíttere.
déns vir ea, quae expróbrat adversárius,
ín suam torquére novit glóriam.

X.

Senex et Mors.

um egressus nemorosi ad culmina montis,
ɔ sub fasce senex sese inde ferebat:

Cumque labore viae atque iniusto pondere pressus
Abiecisset onus, solis deprensus in arvis
Mortem implorabat, mortem saepe ore ciebat.
Ecce autem huic dirae species se pallida Mortis
Obtulit et, si quid vellet, praesto esse, professa est
Ille metu sudans atque in contraria versus
Vota: Iuva me, inquit, tergo hunc imponere fascem

Multi absentem audent mortem contemnere, qui mox
Terret eos, veris repraesentata periclis.

XI.

Mergus, Rubus, Vespertilio.

Mercaturae olim socii, vasa aenea Mergus,
Vestimenta Rubus, argentum foenore sumptum
Bestia, quae mures inter volucresque locatur,
Contulerant; atque his onerata mercibus alno,
Vela dabant laeti minuente pericula lucro:
Cum subito miseros immanis adorta procella
Vorticibus rapidis navim cum mercibus hausit.
Ipsi udi atque inopes vix fluctibus evaserunt.
Ex illo Mergus spumosa ad litora servat,
Si qua unda adlidens sua reddat ab aequore vasa.
Obvia vestimenta Rubus per rura vagantum,
Si sua forte recognoscat, scabro ungue retentat.
At Vespertilio, longo quae tempore debet
Argenti summam, spatiis foenebribus auctam,
Luce adpellari metuens, clam nocte vagatur.
Sponte revertuntur vitia intermissa; malaeque
Invitos aufert nos consuetudinis aestus.

XII.
Cornix et Canis.

nix, Minervae sácrificans epulís, Canem
ívam adhibuit. Ille amice eám monens:
na; quid opus est, tám tibi irataé deae
icra facere! pérdis, inquit, víctimas.
:it illa te ét peculiáribus
ém fídem abrogávit auguriís tuis:
ítera ex hoc cóniice et diiúdica.
mágnum ab alto córde agens suspírium
íx: Scio, inquit, quaé refers de odió deae.
:amen animum neútiquam despóndeo;
pótius id ago, ut sácrificando et múnera
ro ófferendo mítigem íratám deam
sionemque óbsequela léniam.

i víncere adversárium ex tutó cupit,
néficiis et grátia certét bona.

XIII.
Corvus et Mater.

:itútus Córvus aéger mórtis ín perículo
is Matrém rogabat, út salute pró sua
diis concépta supplex ét preces effúnderet.
mi, quid vóta pro te, Máter inquit, próderunt,
ibi omnes réddidisti sémper infensós deos!
quis, obsecro, ést eorum, cúius ex altáribus
tu non ínvolaris, sácra non turbáveris!

potenter quí nocere céteris adsuéverit,
llus illum súblevatum in rébus adversís volet.

XIV.

Musca.

In cárnium ollam Músca quondam décidit.
Ubi cúm cibo potúque distenta ác madens
Paulátim in alto iúre sese cérneret
Pessum íre mortemque ímminere iám sibi:
Intérrito atque cómposito animo óppetens:
Ego tántum, ait, bibi ét comedi et lávi, ut hunc
Satura éxitum ferre haúd moleste débeam.

Id, quód necesse est, fér bonique cónsule.

XV.

Rusticus et Eques.

Venalem tergo leporem cum ferret ad urbem
Rusticus inserto vincta inter crura bacillo,
Obvius huic eques empturi sub imagine sumpsit
Libravitque manu leporem, quantique, rogavit.
Protinus et vafram referens per rura rapinam
Admisso discessit equo. Cui Rusticus: Heus tu
Inquit, eum dono leporem tibi; vescere gratis,
Vescere laeto animo et memori donantis amici!

Ridicule haec homines, nequeunt quae vendere, donant.

XVI.

Equus et Asinus.

Equus átque Asellus sérvientes úni hero
Utérque propria onústus ibat sárcina.
Sed Aséllus adeo iám gravabatúr sua,
Ut cógeretur pártis alicuiús sibi
Suppléx levamen áb sodali expóscere.

Quo dénegante praé labore cóncidens
Misér supremum Aséllus egit hálitum.
Tum véro, ut Asini sárcina et corium ínsuper
Equo ád priorem sárcinam sunt áddita,
Miserum ílle se vocábat atque pérditum.
Nam quí levare cóntubernalém meum
Parte óneris, inquit, nólui, nunc ómnia
Gesto, átque corium tértiae instar sárcinae.

Si ténuiorem iúverit poténtior,
Utríque melius fúerit et prolíxius.

XVII.

Vulpes et Erinaceus.

Tranárat alti flúminis Vulpés vadum;
Sed rípa in ipsa et údo aquarum márgine
Voráginoso crúra defigéns luto
Muscárum acuto obnóxia haesit mórsui.
Quam déstitutae Vúlpis aerumnám doleus,
Qui fórte eo devénerat Erináceus,
Amánter atque sédulo officiúm suum,
Si qua ín re eam iuváre posset, óbtulit.
Atque ádeo, quando erípere te istinc nón queo,
Vis, inquit, istas út abigam muscás tibi,
Quae te éxedunt? Miníme, ait illa, géntium:
Nam si haé recedant, quaé repletae ac túrgidae
Non ádmodum nocére iam nobís queunt,
Aliae ílico succésserint famélicae,
Quae rélliquum omnem sánguinem exsugánt mihi.

Qui, rés novari et régna mutari, éxpetunt,
Quid álind hi, quam máius adcersúnt malum?

XVIII.

Leo et Vulpes.

Horrénda primum cúm Leonis éfferi
Aspéxit ora, praé metu Vulpés fere
Animám reliquit; víso eo rursum óbvio
Timuít quidem illa, séd mínus multó tamen;
Deníque datum in conspéctum eum iam tértio
Contémpsit adeo, ut nón adire sít modo,
Sed ádloqui quoque aúsa familiáriter.

Quae térribilia súnt ab insoléntia,
Ea réddit adsuetúdo blanda et móllia.

XIX.

Vulpes et Uva.

Vulpes esuriens alta de vite racemos
Pendentes nulla cum prensare arte valeret,
Nec pedibus tantum aut agili se tollere saltu,
Re infecta abscedens, haec secum: Age desine!
Immatura uva est gustuque insuavis acerbo.

Consuevere homines, eventu si qua sinistro
Vota cadunt, iis sese alienos velle videri.

XX.

Corvus et Vulpes.

Insédit altae Córvus olim quércui
Rostró rapaci cásei frustúm tenens;
Quem váfra blando adgréssa sic Vulpés dolo est
Quam púlchram avem, quam spléndide cultam ís
Pennís decoris átque versicolóribus!
Salve, inquit, o generósa! quod si praédita

Cantú fuisses, súmmi eras alés Iovis.
His ílle magnae indúctus in spem glóriae,
Cantu índecoro raúca solvit gúttura.
Tum vérsipellis décidente cáseo
Vulpés potita: Córve tu, inquit, ómnia
Habés abunde; ménte dumtaxát cares!

Qui córam in os te laúdat, insidiás struit;
Qui laúde ficta dúcitur, cor nón habet.

XXI.

Dies Festus et Profestus.

Festum ín diem Proféstus insurréxerat
Odiósa magno próbra clamore íngerens:
Quid te, ínquit, ígnave, ésse tandem exístimas,
Qui tam ótiose délicatam ac spléndidam
Sine ópere, sine labóre, vitam dúctites,
Sudóre parta pródigens meó bona?
Ollí renidens léniter Festús dies:
Et mérito alis, ait, sórtis auctorém tuae:
Etením quid esses, stúlte, sine me? nám, nisi
Ego féstus essem, tú Profestus nón fores.

Ordo óptimatum plébis haud dubie ést salus.

XXII.

Pavo et Monedula.

Regí creando cúm comitia aviúm forent,
Blandó petebat Pávo prensans ámbitu,
Suás opes suámque pulchritúdinem
Iactáns et admirándum honorem córporis.
Et iám prope una ménte centuriae ájitum
In grátiam Pavónis inclináverant:
Suffrágia inhibens cúm Monedula: Heús tu, ait,

Formóse, si, te rége, nos aquila ímpetat,
Quo pácto opem ferre, aút tueri nós putes?

In déligendo rége multo ímpénsius,
Animí bona spectánda sunt, quam córporis.

XXIII.

Cervus et Hinulus.

Cervo Hínulus olim fílius dixít patri:
Et máior es tu cánibus et velócior,
Et árdua alacri frónte gestas córnua:
Cur érgo, quaeso, tám times eós, pater?
Cui Cérvus: Haec, quae dé me, ait, filí, refers,
Sunt véra fateor: múlta nobis cóntulit
Natúra, multis próvida instruxít bonis;
Sed egó latratum cánis ubi primum aúdio,
Tum vi ábdita quadam ín pavorem et ín fugam
Agor, ínque pedibus ómne praesidium ést mihi.

Timidi ét fugacis íngenii qui súnt, eos
Nulla árma, nulla téxerint sat moénia.

XXIV.

Cervus et Serpens.

Serpéntem aprico cónspicatus ín loco
Somnó gravatum Córvus escam quaéritans
Adlápsus uncis óccuparat únguibus.
Cumque ílle vertens se ínque gyrum cólligens
Hunc dénte perculísset irritábili,
Moribúndus et flens Córvus: En cuiúsmodi
Reperí lucrum, inquit, quó miser me pérdidi!

Infaústa multis súnt sua ipsorúm lucra.

XXV.

Cygnus et Anser.

Duás opima córs alebat álites,
Cygnum Ánseremque cándidum,
Ut ílle dulce férret auribús melos,
At híc obesa víscera
Gulae éxhiberet. Érgo ut hunc hero ín cibum
Paráre iussus ést coquus,
Loco Ánseris Cygnum ínscius prehénderat
Colóre falsus álitum.
At ílle funus, út solent Cygni, ín suum
Suáve carmen órdiens,
Ita ágnitus gravíque mortis impiae
Solútus est perículo.

Perícla saepe, saépe proximám necem
Repéllit eloquéntia.

XXVI.

Puer et Scorpius.

Captábat agiles fórte locustás Puer,
Modo hánc, modo illam sáltitantem pérsequens.
Quas ínter atro Scórpius viró tumens
Errábat. Hunc locústam opinatús Puer
Dextram ádmovere coépit. Ille súbrigens
Caudám minacem séque ad ictum cómparans:
Manum ábstine, inquit, ínsciens: alitér malo
Cogére veras quóque locustas míttere!

Tunc cívitates rúere consuerúnt, ubi
Nequeúnt probos ab ímprobis discérnere.

XXVII.
Anguilla et Serpens.

Unanimem quondam Serpentem Anguilla rogavit,
Cur Anguillarum generi omnia plena periclis,
Plena dolis hominum atque inimicis fraudibus essent:
At tu, inquit, mihi cum similis, cum paene gemellus
Cetera sis, nullis obnoxius insidiis es,
Securosque dies pacati transigis aevi!
Cui Serpens: Nimirum! inquit, quia qui mea turbat
Otia et infestam mihi vim temerarius adfert,
Non impune refert nec inulta iniuria restat.

XXVIII.
Canis et Lupus.

Canem ánte stabuli dórmientem iánuam
Lupus írruens cum dévoraturús foret,
Ille éiulans vocésque flebilés ciens,
Ne sé comesset, déprecabatúr Lupum:
Aut cérte, ait (nam et ténuis alioqui, út vides,
Macérque sum), da mihi, óbsecro, brevém moram!
Domi ením meae cras súnt futurae núptiae,
Ubi, ad ádfluentes pínguis effectús dapes,
Opímior tibi ésca ero ac iucúndior.
Persúasus his dimísit incolumém Canem
Lupús. Revertens índe post aliquót dies
Eúm, cubantem párte in excelsá domus,
Cum inférne clamans éxcitavisset, datae
Fidei ádmonebat átque pacti foéderis.
Ibi tum ílle ridens súbdole: Si me, ó Lupe,
Umquam ánte stabulum dórmientem invéneris,
Ne núptias dehinc, ínquit, exspectáveris!

Quae quís pericla est pássus, hoc lucri hínc hal.
In pósterum vitáre ut illa nóverit.

XXIX.

Canis, Gallus et Vulpes.

Canis átque Gallus lóngum iter quondám simul
Ingréssi, opaca iam ádpetente véspere,
Nacti árborem, ubi quiéscerent, Gallús quidem
Fastígia alta fróndeae adscendít domus,
Canis éxcavatum in cáudicem se cóndidit.
Cum véro, ut adventánte consuevít die,
Cantum édidisset Gállus, adcurréns eo
Vulpés eum rogábat enixíssime,
Descénderet suíque faceret cópiam:
Gestíre se, animal tám canorum et músicum
Amplécti et osculári et os agnóscere.
Tum fraúde Gallus cógnita: Cupió tibi
Quaecúnque possum cómmodare et óbsequi
Et ésse tecum; séd tu, ait, quaeso húnc prius,
Qui dórmit infra, iánitorem súscita,
Forés mihi ut reclúdat, unde ad te éxeam.
Vocánte Vulpe iánitorem, pródiit
Canis ágnitamque adórtus adversáriam
Nil tále veritam dénte laniavít truci.

Qui fráude agit, iure ípse fraude fállitur.

XXX.

M u l u s.

Lascívientem plúrimo ordeó Múlum
Quondam haéc superbo cógitatio íncéssit.
Ego púlcher, inquit, égo celerrimús cúrsor,
Patrem hábui equum, qui auráta frena mándébat.
Haec ílle; sed mox, íncidente cúrréndi
Necéssitudine, ímpeditus átque haérens
Ad príma campi spátia restítit lassus
Asiníque patris ést statim recórdátus.

Secúnda nos fortúna nesciós nóstri
Facít; sinistra nósmet indicát nóbis.

XXXI.

Iuvenes duo et Coquus.

Duo olím Iuvenés Coquo ádsidébant:
Quórum cúm rapuísset álter óffam
Cárnis, óbtulit álteri ócculéndam.
Séd Coquo hánc repeténte ab iís, utí qui
Sóli téinpore fúrti ibi ádfuíssent,
Ís, qui habébat eam, ínvolásse sése,
Qui ínvolárat, habére sé negábat
Sáncte pér Iovem utérque déierántes.
Quéis amáro animó Coquús renídens:
Véstro mé quidem, aít, potéstis ápte
Círcumscríbere iúre péieráto;
Deum, cúncta sciéntem et íntuéntem
Círcumscríbere fraúde nón potéstis.

XXXII.

Cochleae.

Impositas prunis Cochleas intentus et haeren
Filius agricolae circumfuso igne coquebat.
Illae humore graves et suco obstante calori
Edebant raucum tenui stridore sonorem.
Tum puer irridens: O stulta animantia! dixit
Nunc canitis, vestrae cum flagrant ignibus ae
Damnantur quaecunque alieno tempore fiunt.

XXXIII.

Cornix et Hirundo.

De púlchritudine átque honore córporis
Hirúndine et Corníce contendéntibus

Post múlta utrinque dícta ita adversáriam
Cornix retudit: Quánti, ait, tandém tua est
Faciénda pulchritúdo, quae primá modo
Aestáte floret, praé mea, quae hiéme quoque!
Diutúrna fluxis praéferenda súnt bona.

XXXIV.
Mercurius et Statuarius.

Visúrus ólim, quánti apúd hominés foret,
Mercúrius, ora vérsus in mortália,
Sese ín tabernam cóntulit Statuárii.
Inspécta ubi tonántis effigié Iovis,
Quanti, rogavit: útque drachma cómperit,
Clam vílitatem pátris irrisít sui.
Inspécta item Iunónis, aliquanto ámplius
Pretium éius esse, quám prioris, aúdiit.
Postrémo contemplátus et statuám suam
Exístimansque se ésse longe máximi,
Quod lúcra praestet, quód sit interprés deum,
Pretium índicari pétiit et suí sibi.
Statuárius tum díxit: Hasce si émeris,
Et hánc tibi, hospes, ádditamentúm dabo.

Plerúmque nihili est, qui ípse se magni aéstimat.

XXXV.
Pater et Filii.

Moriéns Pater lecto ádsidentes Fílios
Admónuit, auri máximam se in vínea
Vim cóndidisse; proínde post obitúm suum
Id éxcavato pénitus eruerént solo.
Haec ílle. sed mox líberis rogántibus,
Ut éderet, qua párte tandem vínea
Aurúm lateret, níl locutus ámplius,

Desíderati líquit incertós loci.
Illí, peracto prótinus bustó Patris,
Versáre duris víneam ligónibus,
Et híc et illic scróbibus effossís humum
Coepére glebas ín minutas frángere.
Frustrá: nil enim fúerat auri cónditum.
Illó subacta séd labore vínea,
Ubérrima ditávit hos vindémia.
Tum prímus horum: Hic ílle nimirúm, re
Thesaúrus est, quem sédulus nobís pater
Moriéns reliquit: nóster, o fratrés, labor!

Sua cuíque vitae indústria ïnstar ést opu

XXXVI.

Simius et Delphus.

Mos návigantum est prísco ab usque tém
Ut návigatiónis in solátium
Secúm catellos símiosque déferant.
Quidam ígitur oram fórte praeter Ática
Cum mórione návigabat Símio.
Ecce aútem atroci cóncitata túrbine,
Marís procella Súnium circa, Ática
Insígne promontórium, evertít ratem.
Ibi ínter alios naúfragos et Simio
Natánte quidam Délphus adcurréns eum
Hominém ratus, manu éx propinquo práel
Undís levatum, an cívis esset Ática,
Rogávit. Ille, se ésse vero et nóbil
Sane átque claro génere, dixit, éditum.
Cum deínde et in Piraéeum una issénl sin
Notíssimum navále Atheniénsium,
Ibi scíscitatus Délphus est ab Símio,
Nossét ne Piraeum? árbitratus Simius,
Eúm rogare de hómine claro quápiam,

nósse, dixit, ét sodalem esse húnc suum.
ní ob vánitatem Délphus ira pércitus
dénique illum béstiam agnoscéns truci
haúriendum flúctibusque réddidit.

ii méntiuntur ímpudenter, hí suis
féllere ipsi sé solent mendáciis.

XXXVII.
Ranae duae sitientes.

íccitate et súmma aquae paenúria,
ié vagabantúr duae,
ɔi profundis ínvenirent vállibus
uíd liquoris ábditi.
lém, reperto púteo aqua pleno, áltera
ére descensum ínstitit.
éntior sed áltera et consúltior:
s eo demíttimus,
i quoque, inquit, únda nos defécerit,
iám modo inde exíbimus?

gótiorum iúbeo spectari éxitum
, qui ínchoare quíd volunt.

XXXVIII.
Ranae duae vicinae.

iaé duae inter sé propinquis sédibus
tem agebant, áltera in via óbtinens
ám lacunam, dévium stagnum áltera.
n aéstuosa sólis impoténtia
, cum árva radiis, órbitae fervént rotis,
ónuit haec vicínam, ut illum déserens
culosum pláne et infestúm locum
ícílium transférret in stagnúm suum.

Illa ádserens sese única dulcédine
Eiús teneri, ubi égerat vitám, loci
Migráre renuit: dónec illam tránsiens
Gravis sonante cúrrus obtrivít rota.

Hominés malos plerúmque mors ante óccupat,
Quam críminum vitaéque poeniténtia.

XXXIX.

Auceps et Cassita.

Alitibús laqueós Aucéps cum ténderet, álta
Hunc cónspicáta ab árboré,
Quídnam agerét, suppléx animí Cassíta rogávit.
Condo, ínquit Auceps, óppidum.
Deinde per ínsidiás procul ínter opáca resédit
Duméta et umbras árborum.
Illa, fidé verbís habita, út nova cómminus úrbis
Considéraret moénia,
Ádcedéns illúc laqueís fallácibus haésit.
Redeúnte tum ad praedam Aúcupe:
Heús, inquít, bone vír, si tálem extrúxeris úrbem,
Paucós habebis íncolas!

Príncipum avaritiá caecáque libídine laésis
Vastántur urbes cívibus.

XL.

Deceptor et Apollo.

Quidam ólim, ut ipsé síbi videbatúr, catus
Abscónditum passérculum manú tenens
Ad Délphicum proféctus est oráculum
Hac scíscitatióne lusurús deum:
O Apóllo, passer, quém manu teneó mea,
Dic, sédulo oro, vívus est, an mórtuus?

Si Apóllo respondísset, illum vívere;
Compréssa eum elisúrus ipse erát manu
Statímque prolatúrus illi mórtuum:
Sin mórtuum dixísset, ipse déxtera
Proférre laxa vívum eum decréverat.
Sed Apóllo prudens: Pásser, inquit, híc tuus,
Ut túte vis, et vívus est et mórtuus.

Mortálium tanta ést malitia, ut sé Deum
Ipsum árbitrentur pósse circumscríbere.

XLI.

Uxor submersa et Vir.

Vir mersae uxoris rapido torrente cadaver
Adversa quaerebat aqua: quem turba monere
Institit adcurrens, ut quaereret amne secundo.
Nequaquam, ille inquit: mea enim, dum viveret, uxor
Tam morosa fuit, tam aliorum semper abhorrens
Moribus ac factis, ut nunc quoque mortua labi
Debeat haud aliter, quam adversa fluminis unda.

Morosa et discors vel mortua litigat uxor.

XLII.

Feles et Gallus.

Comprensum Feles Gallum cum tradere ventri
Ieiuno vellet, iure ut fecisse videri
Posset et hanc noxam specie velaret honesti,
Adcusabat eum, quod pervigili atque molesto
Turbaret nocturnam hominum clamore quietem.
Defendente illo, sese utilitatis eorum
Id causa facere, ut moniti adventantis Eoi
Ad sua quisque operum studia exercenda redirent,
Hunc rursum is naturae hostem infandoque sororum

Concubitu et matris foedum incestumque vocabat.
Ille excusabat scelus utilitate suamque
Hinc multis dicebat heram ditarier ovis.
Tum Feles tandem perfricta fronte: Sed etsi
Argumenta tuam defendunt plurima causam,
Impastus tamen, inquit, ego hinc discedere nolo.
Vim qui inferre parat cupidus certusque nocendi,
Frustra illum ratione premas, aut iure refellas.

XLIII.

Asinus, Simius et Talpa.

Asinúm querentem, quód careret córnibus,
Et Símium, quod caúdae honore, hoc árguit
Sermóne Talpa: Quí potestis hánc meam
Miseram íntuentes caécitatem haec cónqueri!

Aliéna si aestimáris infortúnia,
Tunc aéquiore ménte perferés tua.

XLIV.

Vulpes vota mutans.

Initúra Vulpes córtem opimam dívitis,
Pinguí refertam génere gallináceo,
Forámen id, qua tránseundum erát sibi,
Cupiébat in penetrándo dilatárier.
Rursum índe subreptam óre gallinam éfferens
Cum iam ímminentem horréret a tergó canem,
Ne se ílle posset ínsequi, orabát deos,
Utí foramen rédderent quam arctíssimum.

Pro cómmodis mutáre vota hominés solent,
Senténtiam alternánte nunc spe, núnc metu.

XLV.

:ca et Quadrigae.

igae cúm paratae cúrsui,
s temóni earum inséderat.
ıo illísque procurréntibus,
et quádrupedantis úngulae
ı móta opacavít diem.
Musca géstiens: Dii mágni, ait,
ındi vim éxcitavi púlveris!

, qui láudis alienaé decus
e glóriando nítitur.

LXVI.

'ica et Aves.

is fróndium umbris ábditum
íca et accipitrém rata
ıtia tranabát fuga.
tae quae ádsidebant álites,
errórem et insanós metus
s átque risu prósequi.
o ridérier vobís, ait,
ıicis ác propinquis flérier.

ıs quód pudet, quam quód piget.

LXVII.

Mures.

úm senatus Múrium
éva quo possént modo
ta et insidiás graves,
cóllo ut adversarii

Suspénderent ex aére tintinnábulum,
Cuiús sono, illum adésse, persentíscerent.
Probáre pro se quísque consilium ét statim
Coepére pedibus íre in hanc senténtiam.
Tum ab séde surgens únus ex primóribus,
Cui cána vetulas bárba velabát genas,
Manú silentium ímperans: Mihí quoque
Probátur, ut cui máxime, haec senténtia;
Sed óro vos, quis, ínquit, ex nobís, patres,
Feli aúsit alligáre tintinnábulum?

Carént periculósa consilia éxitu.

XLVIII.

Avarus.

Avárus auri mássam humi defóderat:
Quam cum ánxius quotídie iret vísere,
Vicínus observávit et clam sústulit.
Revérsus ille offéndit ut vacuúm locum,
Flere ácriter, barbam ét capillum véllere,
Vocáre se mortálium misérrimum.
Caussá dolorís cuí Viator cógnita:
Desíste, ait, te adfligere, inque aurí locum
Saxúm repone et, íd tibi esse aurúm, puta:
Etenim, út video, ne túm quidem aurum habe
Aurúm cum habebas, iúre poteras dícere!

Tam deést avaro quód habet, quam quod nón

XLIX.

Vulpes et Lupus.

In púteum ab alto lápsa Vulpes márgine,
Iamiám profundis haúrienda aquís erat.
Misera érgo ab adtentánte forte illúc Lupo

Suppléx petivit, fúne demisso éxtrahi.
Ille ótiosi móre, quaerere ínstitit,
Quo lápsa pacto, quó fuisset témpore.
Prius éripe hinc me, dúm licet, Vulpés ait,
Deinde aúdíes omne órdine, ut factúm siet.

In re árta amici ne ésse cunctatór velis.

L.

Canna et Oliva.

De honóre firmitátis atque vírium
Canna átque Oliva lítigantes ínvicem
Gravíssimas dixére contumélias.
Atque ádeo: Tune inépta te praepónere
Audés mihi, aut certáre mecum? Olíva ait:
Ego stípite inconcússa robustíssimo,
Tellúris in profúnda radicés ago;
Tu caúle lento, támquam olus, summo ín solo
Haerés et omni obnóxia aurae flúctuas.
Haec ílla cum iactáret insoléntius,
Tandem ímmodestis Cánna parcens lítibus
Siléntium egit témpus expectáns suum.
Ecce aútem atroci túrbine eurus ímpotens
Incúbuit arvis: cuí cum Oliva imprówide
Obníteretur, frácta procubuít solo.
At Cánna cedens últro et huc illúc levi
Infléxa declinátione spíritus,
Incólumis et supérstes adversáriae
Gravem éius olim rísit insoléntiam.

Poténtiori nón reluctari éxpedit.

LI.

Asini et Iupiter.

Pertaésa gens Asinína duras sárcinas,
Legátionem mísit ad summúm Iovem,
Aliquándo ut a tam exércita vitá sibi
Tandém quietem et ótium concéderet.
Quibús volens denúnciare Iúppiter,
Fieri íd nequire, túm quieturós eos
Respóndit, ubi tantum úniversi méierent,
Utí perenne flúmen inde exísteret.
Ex íllo Asini, cum exístimantes sério
Haec élocutum, ubi álter alteriús vident
Urínam, ibi insuevére vulgo méiere.

LII.

Herus et Canis.

Canem hábuit olim quídam: is, illum pásc
Cum véllet, id manu ípse faciebát sua;
Cum véro verberáre eum decréverat,
Servó suo mandábat illud múneris.
Pertaésus eius vítae ad extremúm Canis
Aufúgit. Herus huic póstea casu óbvius
Convícium ingens fécit, oneravít probris,
Et béstiam appellávit ingratíssimam,
Quod sémper ab se pástus atque habitús be
Nec vérberatus úmquam, herum tam amáb
Relínquere induxísset in animúm suum.
Tu, tu ípse, tu me vérberasti, inquít Canis
Tibi dépilatum térgus hoc miserúm; tibi
Accépta refero fácta flagris úlcera.
Etenim quod, imperánte te, servús tuus
Faciébat, abs te id ésse factum, exístimo.

Aeque ést nocens, qui mándat, atque i

LIII.

Canis et Caro.

Canis óre frustum cárnium feréns vado
Transíbat amnem: cúmque contemplánti aquam
Speciem ámplioreni cárnium illa rédderet,
Verum átque certum obsónium de faúcibus
Amísit inhians ílli imaginário.
Delúsus ergo spéque frustratús sua:
O mé pecudem! ait, quánta ego imprudéntia
Id, quód tenebam, amísi, ut id, quod nón erat,
Captárem et umbram córpori amens praétuli!

Ne incérta certis ánteponantúr, veto.

LIV.

Asinus et Aper.

Magnanimum cum segnis Aprum rideret Asellus,
Ille premens iram et sedata mente renidens:
Perge! inquit: nam te tua tutum ignavia praestat.
Nec tu umquam tantis potis es me incessere probris,
Tam vili ut digner generosum sanguine dentem.
Nam quamvis noxam meritus dignusque malo tu,
Nostra indigna tamen sese huc demittere virtus.

Virtutem ne forte tuam contemptior hostis
Inquinet, ultrices moderare potentior iras.

LV.

Pullus Asini et Lupus.

Morbo Ásinus olim cúm laborarét gravi,
Ut, adésse mortem, rúmor increbéscereť,
Lupus óre ficto adcéssit illum visere.

Quem Púllus asini, qui ádsidens erát patri,
Per óbseratae iánuae rimam ágnitum
Admíttere intro nóluit. Sed ením Lupus,
Quonám modo se habéret aeger, ínstitit
Rogáre. Melius, ílle ait, quam tú velis.

Suspécta merito súnt et obsequia hóstium.

LVI.

Lupus et Grus.

Ovém Lupo voránti os in gula haéserat,
Medicam út necesse fúerit adcersí Gruem.
Ea pácta pretium, pénitus in gulám Lupi
Colló suo immisso, ós molestum sústulit.
De praémio adpellánte tum Lupúm Grue:
Abi! ínquit ille, abi ímpudens: sat praémii est,
Collum é Lupi quod faúcibus salvúm refers.

Hominés mali benéficium se exístimant
Illís tribuere, in quós maleficio ábstinent.

LVII.

Iupiter et Cochlea.

Recéns creatis béstiis divúm pater,
Quod quaéque primum póstulavissét, dabat.
Tum Cóchlea impetrávit, ut suám sibi
Domúm liceret férre iunctam córpori.
Intérrogata, cúr onus tam incómmodum
Pro múnere expetísset: Hoc incómmodi
Perférre, dixit, málo, quam arbitrií mei
Non ésse et devitáre vicinós malos.

Vicínitas mala ínstar infortúnii est.

LVIII.

Satyrus et Homo.

Sátyrus atque Homó fuerunt ólim amici máximi:
Quórum amorem grátiamque cásus hic scidít repens.
Saéviente aliquándo bruma, cúm manus gelidás Homo
Crébro ad os suum ádmoveret, cálidum agens anhélitum,
Sátyrus adspirátionis caússam ab illo quaésiit.
Frígidas, respóndit ille, síc calefació manus.
Póstea, coenánte utroque, ut saépe consueránt simul,
Fórte cum venísset illuc férculum fervéntius
Átque Homo adflavísset óffae, quám sibi desúmpserat,
Dénuo caussám rogatus húius adflatús sui:
Hóc modo refrígeravi, díxit, escam férvidam.
Sátyrus hic ira íncitatus: Dehínc, ait, tecúm mihi
Núlla consuetúdo fuerit, núlla amicitiaé fides,
Quí mihi uno eodémque fundis óre calidum et frígidum!
Quém bilinguem nósti, amicum né tibi hunc adsciscito!

LIX.

Mures et Feles.

Múrium vis mágna in unis aévum agebat aédibus.
Quí videntes Félis astu se ín dies absúmier,
Hóc suis cepére rebus rémedi, ut celsíssimam
Aédium partém tenerent hósti inadcessám suo.
Quód salubre cónstitutum Múribus servántibus,
Húnc vicissim excógitavit cállidus Felés dolum,
Vt tigillo próminenti páriete ex doméstico
Ádplicans pedés supinos cápite deorsum péndulo,

ıem Púllus asini, qui ádsidens erát patri,
r óbseratae iánuae primam ágnitum
dimittere intro nóluit. Sed enim Lupus,
quonám modo se habéret aeger, ínstitit
Rogáre. Melius, ille ait, quam tú velis.

Suspécta merito súnt et obsequia hóstium.

LVI.

Lupus et Grus.

Orém Lupo voránti os in gula haéserat,
Medicam út necesse fúerit adcersí Gruem.
Ea pácta pretium, pénitus in gulám Lupi
Colló suo immisso, ós molestum sústulit.
De praémio adpellánte tum Lupúm Grue:
Abi! inquit ille, abi ímpudens: sat praémii est,
Collum é Lupi quod faúcibus salvúm refers.

Hominés mali benéficium se exístimant
Illís tribuere, in quós maleficio ábstinent.

LVII.

Iupiter et Cochlea.

Recéns creatis béstiis divúm pater,
Quod quaéque primum póstulavissét, dabat.
Tum Cóchlea impetrávit, ut suám sibi
Domúm liceret férre iunctam córpori.
Intérrogata, cúr onus tam incómmodum
Pro múnere expetísset: Hoc incómmodi
Perférre, dixit, málo, quam arbitrií mei
Non ésse et devitáre vicinós malos.

...ctar infortúnii est.

LVIII.

Satyrus et Homo.

atque Homó fuerunt ólim amici máximi:
amorem grátiamque cásus hic scidít repens.
e aliquándo bruma, cúm manus gelidás
Homo
d os suum ádmoveret, cálidum agens anhélitum,
adspirátionis caússam ab illo quaésiit.
, respóndit ille, síc calefació manus.
coenánte utroque, ut saépe consueránt, simul,
m venísset illuc férculum fervéntius
omo adflavísset óffae, quám sibi desúmpserat,
iussám rogatus húius adflatús sui:
o refrígeravi, díxit, escam férvidam.
ic ira íncitatus: Dehínc, ait, tecúm mihi
suetúdo fuerit, núlla amicitiaé fides,
uno eodémque fundis óre calidum et frígidum!
ilinguem nósti, amicum né tibi hunc adscíscito!

LIX.

Mures et Feles.

mágna in unis aévum agebat aédibus.
Félis astu se ín dies absúmier,
re rebus rémedi, ut celsíssimam
m tenerent hósti inadcessám suo.
cónstitutum Múribus servántibus,
excógitavit cállidus Felés dolum,
ninenti páriete ex domestico
s supinos cápite deorsum péndulo,

Mórtuum simuláret. Hunc sic péndulum unu
rium
Técto ab alto cónspicatus: Néc si, ait, tam mó
Té viderem, ut fóllis ex te fíeret, umquam fíd
Quí cavet, ne décipiatur, víx cavet, cum etiám
Etiam cum cavísse ratus est, saépe is cautor
ptus est.

LX.

Vulpes et Aquila.

Vulpés et Aquila amóre iunctae mútuo,
Ut amícitía adolésceret vicínia,
Habitáre decrevére iunctis sédibus.
Et haéc quidem locávit alta in árbore
Nidum, ílla vero in cóncavo eius caúdice.
Ita deínde faetus útraque edidít suos.
Sed ením, profecta Vúlpe quondam ad púbulu
Aquíla fame incitáta nido dévolans
In lústra Vulpis íllius natós sibi
Suísque dulcem réttulit pullís cibum.
Revérsa Vulpes, foéditate cógnita
Rei átque rupti indíguitate foéderis,
Quantúm doloris átque luctus céperit
Quamque ímpotenti incéndio irarum árserit,
Reputáre quivis dé suo sensú potest.
Nec véro acerba tám suorum líberum
Dolébat illa mórte, quam quod áliti
Terréstris ipsa nón videbatúr fere
Umquám nocere pósse, nec par réddere.
Quod érgo misera póterat, illud scílicet
Faciébat, ut supérbam in adversáriam
Probra átque inanes rábida iactarét minas.
Sed nón diu est laetáta ruptrix foéderis
Sua ínsolenti iniúria: nam, rústicis
Capélla in agro fórte sacrificantibus,

Illa ádvolans frustum ínvolavit cárnium,
Cui cárbo candens é foco sacro haéserat.
Quod cum íntulisset nído, is occultum áridus
Concépit ignem: deín coorto cómmodum
Vento éxcitata flámma in Aquilae fílios
Tenerós adhuc et ínvolucres sáeviit.
Quos ústulatos décidentes árbore,
Spectánte matre et flénte natorúm vicem,
Duplicí voravit laéta Vulpes gaúdio.
Qui ténuem amicum laédit, hinc si humánitus
Impúne fuerit, ímminet vindéx Deus.

LXI.

Vulpes.

Compréns a laqueo in sépe Vulpes ábdito
Impléxam in evadéndo caudam pérdidit.
Id eí molestiae ác pudori tánto erat,
Utí sibi esse vítam acerbam dúceret.
Tandem hóc remedii excógitavit, céteris
Ut Vúlpibus suadéret, ut caudás sibi,
Onús molestum incómmodumque abscínderent;
Ita público dedécore tectum irí suum.
Ergo, ádvocata cóncione Vúlpium,
Hortári ad id vehementer illas ínstitit.
Cui túm renidens úna de populáribus:
An tú, quia istud éxpedit, sorór, tibi,
Iccírco, ait, das céteris hoc cónsili?
In públicis delíberatiónibus
Pleríque tantum cómmodis suís student.

LXII.

Lignator et Mercurius.

Própter amnem lígna caedens cúm securim Rústicus
Fórte lapsam pérdidisset in profundo gúrgite,

Lácrymans suúm dolere coépit infortúnium.
Cuí benignam opém misertus óbtulit Cyllénius
Et statim urinátus imo ab úsque fundo flúminis
Aúream efferéns securim, num éius esset, quáesiit.
Ille enimveró negavit: proínde rursus quaéreret.
Túm deus revérsus alti stágna in amnis ínfima,
Álteramque emérsus inde próferens argénteam,
Id, quod ante scíscitatus, íd, quod antea, aúdiit.
Férream demúm securim sédulo episcátus est;
Quám recepit ílle laetus átque gratiás agens.
At Deus, virí probata intégritate símplicis,
Aúream huic argénteamque múneri ultro trádidit.
Quaé suis cum deínde amicis réttulisset Rústicus,
Vnus ex iis cógitavit pér dolum ditáre se
Átque eundemmét profectus ín locum, quod fécer
Fórtuito homo ílle simplex, út securim amítteret,
Id suapte spónte fecit ípse per falláciam.
Huíc item deús, querenti dé securi pérdita
Átque flenti et éiulanti sé repertorem ófferens,
Cúm securim in ámne mersus éxtulisset aúream:
Haéccine est tua amíce? dixit. Tum ílle totus g
stiens:
Haéc mea ípsa, aít, profecto est; haéc mea ipsa
ipsíssima.
Hánc Deus tantám perosus hóminis impudéntiam,
Trádere aureám securim nón recusavít modo,
Férream sed réddere illi própriam eius nóluit.

Quí bonum colúnt et aequum, saépe ditat hós Deu
Fraúdulentos ímprobosque saépe contra paúper

LXIII.

Fullo et Carbonarius.

Fulloni instaret cum Carbonarius olim,
Viveret ut secum atque habitaret in aedibus iden

uonam, ait ille, modo, genere in tam dispare quaestus,
ecum habitare queam? nam quae ipse a sordibus alba
eddidero, tu rursum atra fuligine tinges.

Ingenii tibi dissimilis consortia vita.

LXIV.

Iactator.

Quidam, á peregrinátione lóngínqua
omúm reversus, múlta strenué fácta
ɔ se ín peregrinátione iáctábat.
tér quae, eum saltásse se Rhodí sáltum,
uem aequáre nullus éx ea urbe quívísset.
uiúsque testes fácti hasce sé múltos
ané graves idóneosque dícébat.
ıi tum éx corona quídam: Amice, quíd téstes
ldúcis, inquit, cúm probare ré póssis?
ım si útique verum est, quód refers, fidém nóbis
ıs ípsa faciat: Én Rhodus tibi, éń sáltus!

Ubi rébus opus est, vérba inanitér iáctes.

LXV.

Vulpes et Rubus.

xcelsam Vulpes sepem conscenderat horti,
ıde gradu instabili et titubante per ardua planta
prendit casura Rubum. Ille infestus acutis
ntibus incautae pupugit vestigia Vulpis.
ıae male multata et plantas laniata cruentas
:usare Rubum probrisque incessere coepit,
ıod sibi, ad eius opem quae confugisset in artis
bus, inhumano nocuisset barbarus ausu.

Cui Rubus: Immo, ait, imprudens plane ipsa fuisti
Me adprendendo, alios omnes qui adprendere suev

Stulti adeo sunt saepe homines, ut rebus in artis
Confugiant ad eos, quibus ultro laedere mos est.

LXVI.
Vulpes et Larva.

Mimi ingressa domum Vulpes dum singula rerum
Visendi studio scenae instrumenta revolvit,
Formosi Larvam simulacrum repperit oris,
Inque manus sumens animoque et lumine lustrans:
O quam insigne caput, specie quam, dixit, honesta;
Sed rationis inops cassoque informe cerebro!

Sordet honos formae, nisi cui sapientia iuncta est

LXVII.
Canes duo.

Canís fuit, qui témpore pluvió domi
Se cóntinebat, néc pedem umquam e límine.
Intérrogatus híc ab aequalí suo,
Cur íd faceret: Ego, ínquit, alias férvida
Perfúsus unda, tímeo nunc et frígidam.

Timet ínnocentem, quí nocentem pértulit.

LXVIII.
Mulier et Medicus.

Lippa olim Mulier medico persolvere certam
Mercedem pacta est depulso denique morbo.
Is caligantem quotiens curaverat aegram
Tempore, quo nihil uti oculis ea quibat inunctis,

que domo rapiens exibat onustus.
ɔortatis spoliaverat omnibus illam,
ıabere oculi solitamque admittere lucem
Tum demum operae remedique salubris
Medicus cum posceret, illa recusans:
ınc est visus mihi, quam fuit ante:
ni congesta prius quae multa videbam,
ɜunque oculos verto, nil conspicor, inquit

unt multum atque hominum de pectore delent
ɜua saepe novis benefacta priora.

LXIX.

[*sinus dominos mutans.*

ellus sérviens, quod pábuli
mum haberet; quód laboris plúrimum,
recatus, út sibi alium herúm daret.
gulum: cuí lutum adsidué ferens
ateres tégulasque praégraves,
ɔ́rte multo, quám prius,
rgo dénuo, dominúm sibi
licéret, oravít Iovem.
iente vénditus corıario.
ɜrbam, lúctuosam et pérditam
ɜbat vítam onustus fóetidis
orum adfíniumque péllibus.
rudens: Áh! quam, ait, satiús fuit,
vitútem heris prióribus.
ıt video, ubi mé labore occíderit,
ıque exercére perget mórtui.

ominum nón nisi in peiús datur.

LXX.

Cerva et Vitis.

Vim venatorum fugeret cum Cerva sequentun
Frondea ramosae subiens umbracula Vitis
Delituit, donec, iam discedentibus illis,
Se rata iam tutam defunctamque esse periclo,
Ipsa suas ausa est morsu exagitare latebras
Et sibi praetentas avide decerpere frondes.
Quem motum ramorum agitataque vitea tecta
Conversi venatores cum forte viderent,
Illud opinati, quod erat, sub fronde latentem
Esse feram, certis miseram fixere sagittis.
Quae moriens calidoque animam cum sanguine dens:
Iure, ait, hoc patior: neque enim umquam lae quae me
Servarat, debebam, aut tales reddere grates!
Divina ingratos homines ulciscitur ira.

LXXI.

Latro et Mater.

Damnatus morti Latro ducebatur acerbae,
Digna recepturus sceleratae praemia vitae.
Cui se in conspectum Mater cum moesta dedis
Ingeminans tristi miserandas voce querelas,
Ille, ut eam adfari est permissus et oscula ferr
Maternos morsu in vultus invasit acuto,
Totaque foedavit laceratis naribus ora.
Detestari hominem plebs circumfusa, vocare
Immanem parricidam, atrocissima quaeque
Dicere supplicia et poenarum exempla mereri.
Audite, ille inquit, cives: neu crimine tanto
Indicta caussa immeritum damnare velitis!

Exitii mihi namque caput pestisque nefandae
Caussa haec sola fuit: mater mihi caussa mali omnis
Sola fuit, foedaeque huius mihi mortis origo,
Iam inde usque ab studiis atque a puerilibus annis,
Tempore, quo subreptum aequalis forte libellum,
Rerum ignarus adhuc et honesti nescius, ipsi
Exhibui; laeta atque alacri quae fronte renidens,
Dulcibus excepit furtivam blanditiis rem.
Inde, aliis porro atque aliis per tempora furtis
Succedentia grassatus, huic scilicet arti,
Huic vitae generi adsuevi, cui triste videtis
Supplicium saevaeque crucis tormenta parari.
Quae facile evitare mihi licuisset et esse
Incolumi, ad mores conversa mente probatos,
Si me haec materno imperio flagroque salubri
Peccantem teneris castigavisset in annis.

Exitium natis parit indulgentia patrum.

LXXII.

Vates.

In populi coetu medio privata canebat
Vates fata foro, et quae quemque eventa manerent.
Ecce superveniens securo nuntius illi
Exposuit, fures per apertas forte fenestras
Illius penetrasse domum, quaeque intus erat, rem
Absportasse omnem et vacuos liquisse penates.
Ille gemens mistoque ciens suspiria fletu,
Visurus sua damna, gradu sese inde citato
Proripuit. Cui tum media de plebe facetus:
Cur tu aliis, inquit, praedicere fata professus,
Non haec ipse tibi cecinisti instantia damna?

Qui sibi non sapit, hic sapiens mihi non erit unquam.

LXXIII.

Astrologus.

Obscura Astrologus graditur dum noctis in umbra
Intentus caelo et tacite labentibus astris,
Decidit in puteum, casuque adflictus iniquo,
Implorabat opem divosque hominesque ciebat.
Excitus adcessit putei vicinus ad oras,
Salsus homo, et: Quaenam haec tua tam praeposte dixit,
Est ratio? nam qui, ante pedes quae sunt sita, nesc
Dissita tam longe profiteris sidera nosse.
Quid rerum caussas naturaeque abdita quaeris,
Ipse tui ipsius propriaeque oblite salutis?

LXXIV.

Leo et Vulpes.

Confectus senio Leo cum iam quaerere victum
Venatu, ut quondam iuvenis, non posset, id astú
Decrevit facere atque artes tentare dolosas.
Morbum ergo simulans in opaci faucibus antri
Procubuit gemitusque dedit. Cumque undique a aegrum
Quadrupedes visendum irent, ut protinus illi
Quaeque propinquarat, rictu hanc inhiante vorab
Hac demum multis animantibus arte peremptis,
Visendi caussa et Vulpes adcessit ad antrum,
Atque, a vestibulo aegrotum clamore salutans,
Quo modo haberet, eum caute officiosa rogavit.
Respondente illo, se vero pessime! eamque
Percunctante, aulae cur non penetrale subiret,
Suscepit Vulpes: Quia me vestigia terrent
Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum!
Magna mala ex levibus vitat mens provida alq

LXXV.

Armentarius.

cónfragosos fórte saltus dévium
réns iuvencum errábat Armentárius,
ı cum ínrepertum ab áliquo abactum créderet,
lúm tibi mactáre, vovit, Iúppiter,
ríre furem sí sibi concéderes.
issus inde próximam sylvám, videt
ıcum ibi ab leóne lacerarí suum.
véro, egenus cónsili ac treméns metu,
léx supinas sústulit caelo manus:
ıue, ínquit, haedum vóveram, alme Iúppiter,
ɔperissem fúrem: opimum núnc bovem
ceor, eius sí manus evásero!

ımána mens, ignára sortis ábditae,
citúra saepe pró salubribús petit.

LXXVI.

Lupus et Mulier.

ı cúm ieiúnus ólim pérvagáretúr Lupús,
ıgurium vénit, unde vágientem puérculum
ıue matrem cómminantem sáne acerbe exaúdiit,
ıni desíneret, illum tráditurum sé Lupo.
isthaec élocutam múlierem ratús Lupus,
ibi exspectábat obici cóntumacem puérculum.
ım in horam sic moratus, rursus audit múlierem
blanda et ád soporem próvocandum tínnula
e infantí: Bono animo es, náte mi dulcíssime:
Lupum, si ráptor ille huc vénerit, mactábimus.
ıupus, tum dénique omni déstitutus spé sua,
is in sylvás recedens: Pró supreme Iúppiter,
licunt, ália faciunt hice mortalés, ait!

LXXVII.

Vespertilio et Mustella.

Lapsam ex aëre avem, cui sero ab vespere no
Cum Mustella rapax laniare infensa pararet,
Haec vitae usuram supplex veniámque petebat.
Olli Mustella se parcere posse negante,
Quod cunctis natura inimica volucribus esset,
Illa implumem alvum lactantiaque ubera pande
Atque ita non volucrem, sed murem se esse pro
Dimissa est sospes et aperto reddita caelo.
Haec eadem in rapidos paullo post incidit ungu
Alterius mustellae et ab hac quoque mittier ora
Audiit, aeternum cum muribus esse duellum
Mustellis, proin spem veniae deponeret omnem
Illa sed ostentans tenues, pennae alitis instar,
Membranas tergo haerentes, sese esse volucrem
Non murem, adseruit, dimissaque rursus in aur
Sic commutato bis nomine nacta salutem est.

Non unam semper rationem insistat agendi,
Qui vitare cupit varii discrimina casus.

LXXVIII.

Aper et Vulpes.

Dentés retusos árbore exacuéns Aper
Satagébat: atque hunc fórte praeteriéns via
Vulpés rogavit, cúr sine ulla proélii
Necéssitate acuere dentes ténderet.
Non ábs re ego, inquit ílle, sic facio, ó bona:
Nam cum íngruit perícluni et adversárius
Ad sánguiníis vitaéque discrimén vocat,
Haud sáne acuere túm vacat dentés mihi.

Itaque ótii et secúritatis témpore
Arma ádparo, stringénda, cum usus vénerit.
Parátus animo cóntra íniqua cásuum,
Aut víncet illa, aut fórtius certé feret.

LXXIX.

Gallina et Hirundo.

Gallína cum serpéntis ova nácta ésset,
Ea díligenter fóvit atque ab iís foétus
Exclúsit. Id praetérvolans eá fórte
Hirúndo conspicáta: Cur, aít, démens,
Hos álere tendis, qui úbi adoleverínt, ábs te
Tuóque capite iniúriam auspicábúntur?
Hominem ímprobum promóris, ipse te évértet.

LXXX.

Canes duo et Coquus.

Quidam, hóspitem adceptúrus, huic convívium
Lautúm profusis ádparabat férculis:
Canís quoque eius, cúm suum aequalém canem
Vocásset, in culínam herilem súbsequi
Se íussit. Is tam spléndidas spectáns dapes:
Papaé! quot, inquit, híc voluptatés novae!
Quantúm repente gaúdii oblatum ést mihi!
Quam múlta video quámque opima férculá!
Quorum ómnium iam implébor et pulchré satur
Famem úniverso hoc tríduo non séntiam!
Haec cum ílle secum agítaret et caudám simul
Motáret alacrem lúdibundus, útpote
Favóre fidens quí vocatorís sui
Iam délicatas spé voravissét dapes,
Coquus húnc repente pédibus adreptúm gravi
Emísit altas pér fenestras ímpetu.
Qui adflíctus atque pérditus fleus, éiulans

Cum abíret inde, huic álius occurréns canis,
Ut opípare cenátus esset, quaésiit.
Sane, ínquit ille, tám madens atque ébrius
Revértor ac disténtus, ut ne ipsám quidem,
Qua egréssus inde súm, viam animadvértérim.
Qui póllicetur cúmque de alienó tibi
Benéfacere, huic tu, sí sapis, ne fídito.

LXXXI.

Simius et Vulpes.

Quadrupedum in coetu cum saltavisset honeste
Simius, hunc illae regem dominumque crearunt.
Tacta sed invidia et sensu livoris iniqui
Vulpes vafra novum instituit pervertere regem.
Atque, observatis ad opacum cassibus antrum,
Huc illum adduxit, tamquam ostensura repertum
Ab se thesaurum, qui lege et moribus ipsi
Deberetur, uti regi rerumque potenti.
Credulus ille dolis inductus et arte Pelasga
Inconsultius adproperans in vincula sese
Induit infelix et opertis cassibus haesit,
Sero animadversas fraudes et perfida Vulpis
Consilia incusans. Cui Vulpes: O bone! dixit,
Tune isto male sano animo, tu sensibus istis
Quadrupedum rex esse audes, sceptrisque potiri?
Ostendit commissus honos, quam quisque probandus.

LXXXII.

Vulpes, Asinus et Leo.

Vulpés et Asinus, sócietate cóntrácta,
Simul ín ferarum lústra iere vénátum.
Iis cúm Leo occurrísset, ilicét Vúlpes,
Tanto ín metu perículoque dépréńsa,

ad artes málitiamque cónfúgit.
um ab Asino nám Leone cónvénto,
ɜ ímpetrata ímpúnitate pró sése,
idere astu cómparem suúm pácta est
ɔque post abscónditos ibí fórte
ɔvidum Asinum váfra duxit ín cásses.
quí víderet, praédam eam sibi ín túto,
ádprehensam véntre condidít Vúlpem;
véro ad Asinum vérsus hunc quoque ábsúmpsit
ísus adeo est próditor, gravés út det
saépe poenas, únde praemiúm spérat.

LXXXIII.

Formica.

níca quae nunc ést, homo fuít quóndam
colendo cóntinenter íncúmbens,
écius, silénte nocte, fúrtívas
és propinquis saépe devehéns árvis
ɔque semper ómnía horreó cóndens.
inatus lúppiter sub húmána
ie ác figura tám nefariúm mónstrum,
ius illum mémbra vertit ínsécti,
íca quae nunc dícitur. Sed út fórmam
vit oris, nón relinxit ét móres:
im rapinis núnc quoque arva dívéxas
solentes éx agris agít praédas,
la ét tenax sempérque parca quaésíti.
dém manet natúra, sorte mútáta.

LXXXIV.

Asinus et Equus.

ús beatum exístimaverát quóndam
n, quod adfluénter ordeó pastus
úsque semper éleganter ét laúte,

Cutís nitore, obésitate mémbrórum,
Curam ín se herilem grátiamque praéférret;
Cum ipse ínterim ne vílibus quidém pósset
Paleís famem et ieiúna viscera ímplére,
Praesértim iniqua sárcina fatígátus.
Sed ením, coorto fórte belliçó mótu,
Cum armís opertum, hero ínsidente, vídísset
Equum ádparari ad púgnam et acrítér saépe
Calcáribus vexátum in hostiúm túrmas
Agi, únde vulnerátus et graví cásu
Collápsus animam víx trahebat ádflíctam,
Senténtiam mutávit et suám sórtem
Prae eiús miseria rúrsus haud malám dúxit.
Perículosum dívitum statúm spéctans
Paupériem et ártam dísce amare fórtúnam!

LXXXV.

Monedula.

Pastór prehensae ab sé pedem Monédulae
Filo ádligavit átque eam gnató suo
Pueríle, quicum lúderet, munús dedit.
Quae vítam eam pertaésa, cum primúm fugae
Occásio est oblata, cum vinclo ávolans
Se in árborem suúmque nidum cóntulit.
Circúmvoluto véro ramis vínculo,
Sese éxpedire ad évolandum nón valens,
Cum instáre mortem iám videret: Eí mihi!
Lacrymáns ait geménsque, quae, sat cómmodan
Herí mei graváta consuetúdinem,
Meme ípsa libertáte vitaque éxui!
Incómmodorum saépe leviorúm fuga
In cálamitates máximas incúrritur.

LXXXVI.

Herus et Canes.

Hibérna nimbo cóntinente témpestas
Quendám suo depréndit in subúrbáno.
Is prímum oves, deín comedit ét cápras;
Postrémo, tempestáte persevéránte,
Operários quoque ínstitit bovés vésci.
Quod ubí Canes vidére, territí sána
Intérque sese clám timore mússántes:
Quantúm potest, fugiámus! inquiúnt: nám qui
Ne operáriis pepércerit quidém bóbus,
Nobísne eum putánius esse pársúrum?
Caríș iniquus, ésse cui potést aéquus?

LXXXVII.

Agnus et Lupus.

Stans ín supremo cúlmine Agnus aédium
In tránseuntem próbra iactabát Lupum,
Quaecúmque in improbam ét voracem béstiam,
Saevam átque sanguináriam, dicí queunt.
Ollí quieta ménte subridéns Lupus:
Non tú mihi maledícis, inquit, ó bone,
Sed íste, quo confídis, excelsús locus!
Advérsus homines praépotentes ét graves
Tenúibus animos témpus addit ét locus.

LXXXVIII.

Asinus et Vulpes.

Leónis olim pélle Asellus indútus
Reliquás quadrupedes térritans vagábátur:
Vulpí quoque obviae insolenter insúltans,
Terrére et hanc tentávit. Illa, quae ignáruma

Rudéntis eius fórte murmur aúdísset:
Tua, ínquit, ista horrénda torvitás óris
Graví profecto mé pavore cómplésset,
Nisi, quí Leo esses, té rudente cógnóssem.
Indóctus idem atque ádrogans suó sémet
Sermóne et ignorántiam suám pródit.

LXXXIX.

Asinus, Corvus et Lupus.

Exúlceratus dórsum Asellus érrábat
Per práta. Cuius úlcera advoláns Córvus
Tundénte rescindébat improbús róstro.
Rudébat ille foéda labra dístórquens
Crebrósque calces praé dolore iáctábat.
Morsum úlcerum repeténte saepiús Córvo,
Spectáculum sane élegans agásóni
Visum, út profusos sólveretur ín rísus.
Quod íntuens e próxima Lupús sílva:
Me míserum! ait, quem, sí vel eminús tántum
Vidént, acerbe pérsequuntur; huíc véro
Noxám quoque admitténti amanter ádrídent.

XC.

Mercurius.

Mercúrium ab alto mísit olim Iúppiter,
Artíficibus medicámen ut mendácii
Míscéret. Ille díligenter íd terens
Ad cónstitutum ménte mensuraé modum,
Circúmtulit partémque cuique míscuit.
Solús supererat sútor: et medicáminis
Multum étiam erat: quod úniversum illí Deus
Ipso ébibendum praébuit mortário.
Hinc fáctum, ut omnis méntiatur ártifex,
Sed sútor illo in génere praestet ómnibus.

XCI.

Bubulcus et Hercules.

Via ín lutosa praégrave haeserát plaústrum,
Mersís ad usque axém rotis.
Nihil híc Bubulcus próvidere, néc sése
Opí ferendae adcíngere:
Tantúm sedens suámque conqueréns sórtem
Magnum ínvocabat Hérculem.
Cui núbe fultus cándida Deús praésto
Fuit ét monere haec ínstitit:
Age! ínquit, et tu enítere ipse pér téte
Atque íd, quod in te est, éxpedi!
Stimuló boves humerísque promové plaústrum;
Tum démum agentem gnáviter
Vocátus adiuvábo vique coélésti
Humána vota prósequar.
Vigilándo, agendo, próvidendo, quód póssis,
Parátur e coeló favor.

XCII.

M ó m u s.

Iuppiter et Neptunus et artibus inclyta Pallas
Certavere olim, quis eorum pulchrius orbi
Quid daret. Ergo hominem speciosum rector olympi,
Diva domum, sálsae taurum rex edidit undae.
Tum Momus iudex adcitus et omnia iussus
Contemplarier atque aequa perpendere lance.
Is primum in tauro reprehendere cornua coepit,
Quod fronti haererent: etenim consultius armos,
Acrior unde ictus foret, armatura fuisse.
Tum sensum mentemque hominis sub pectore clausam
Carpere: quanto illam melius potuisse vel extra
Constitui, vel per patulam adparere fenestram,
Ut meditata eius penitus novisse liceret.

Postremo damnare domum vitiique notare,
Mobilibus quod nixa rotis non esset, ut una
Cum domino externas proficisci posset in oras,
Vicinumque malum effugio vitare parato.
Damnari carpique etiam rectissima possunt.

XCIII.

Arbores et Rhamnus.

Regnum ólim olivae détulerunt árbores
Et válida late scéptra gentis fróndeae.
Quibus ílla, quae conténta sorte essét sua:
O amícae! ait, meámue pinguitúdinem
Dis átque hominibus éxpetitam déseram,
Ut ímperem regníque curis mácerer?
Ite, óro, et alii sárcinam hanc impónite!
Reiéctae eunt ad fícum: uti regnét, rogant:
Quae et ípsa per se laéta nativís bonis:
Egone út meam dulcédinem et suavíssimos
Fructús, sapori méllis Hyblaeí pares,
Angóre mutem, quo híc honos exúberat?
Re rúrsus infecta haésitabundae árbores
Vitém quoque statuére tentandám sibi.
Ea túm, nigranti cóncolores púrpurae
Uvás onustos éxplicans per pálmites:
Vidétis, inquit, hás opes, hanc cópiam,
Hoc délicatum tót racemorúm decus,
Deo únde hominibusque húmor acceptús fluit!
Haec dóna opima, haec tánta naturaé bona
Ut déseram, vos éstis auctorés mihi?
Tum véro me omnes ómnium stultíssimam
Exístimarint árborum, si id fécero,
Quo me ípsa perdam, céteris ut cónsulam!
Haec ílla: at hae iam súpplicandi taédio
Fessae úc labore Rhámno honorem déferunt.
Elátus ille régio fastu ác tumens:

Si rex, ait, sum véster, ad me adcédite
Omnés, et umbra súb mea consídite!
Ni id féceritis, rápidus ignis, némini
Parsúrus, ex me erúmpat atque ipsás quoque
Excélsiores haúriat Libaní cedros!
Aliís praeesse optábile iis tantúmmodo est,
Libídini servíre qui volúnt suae.

XCIV.

Spes.

Bona úniversa lúppiter coégerat
In dólium, idque, sáne opertum sédulo,
Mortáli amico deínde commendáverat.
Is géstiens, quid íntus esset, vísere,
Cum opérculum amovísset, in coelum ílico
Cuncta évolarunt: Spés modo haesit ín labro.
Hinc, ín bonorum sóla defectu ómnium,
Mortálibus Spes álma numquam déficit.

XCV.

Asinus simulacrum gestans.

Simulácrum Asellus báiulans argénteum,
Cum id tránseuntes fléxo adorarént genu,
Sui hóc honoris grátia est fieri ratus.
Iamque ínsolentí elátus arrogántia,
Nolébat asinus ésse, donec áspero
Probé dolatus fúste clunes aúdiit:
O stúlte! non es tú deus, sed férs deum!
Se nórit hominem, quí magistratúm gerit.

XCVI.

Cassita.

Ales ést Cassíta súmmum pileáta vértícem,
Ín segétibus nídulari suéta et ova excúdere,

Férme in anni témpus illud, fílios ut púberes,
Ádpetente mésse, primis ínstruat volátibus.
Fórte tempestíviora légit haec quondám sata:
Ítaque, flávescénte ségete, púlli adhuc implúmibus
Égredi matérna tecta nón valebant ártubus.
Ígitur ád cibúm parandum foéta próficiscéns foras
Mónuit hós, si quíd viderent, sí quid audirént novi,
Sédulo ut renúnciare cúncta méminissént sibi.
Écce dóminus ségetis ílluc vénit et gnatúm vocans:
Cérnis haec matúruisse et póstulare iám manus!
Proínde cras, ubí diurnum fúlserit crepúsculum,
Íto, ait, rogáto amicos mútuam in messem háne opem.
Ánxii pullí reversae mátri id ipsum núnciant:
Ílla eos esse ótiosos átque securós iubet:
Nón enim messém futuram, dum ílle amicis fíderet.
Póstero dié profecta rúrsus ad pastum álite,
Dóminus óppertur illos, quós vocari iússerat:
Sól inardescít: nihil fit; praésto amicus núllus est.
Tum ílle suo gnato: Ísti amici nóstri, ait, sunt désides:
Quín ad adfinés rogandos ét propinquos pérgimus,
Témpori cras ád metendum praésto uti nobís sient?
Rúrsus hoc pullí parenti térriti renúnciant.
Máter illos túm quoque esse síne metu et cura ímperat.
Vós modo, inquit, ádnotate díligenter ómnia,
Quaéque dicentúr per illum, quaéque fient dénuo.
Alia lux exóritur: ales pábulatum próvolat.
Ílle vir bonús propinquos frústra et adfinés manet.
Quós iubens tandém valere, fílio edixít suo,
Ut duas deférret illuc lúce falces póstera.
Tú tibi unam súmito, inquit; álteram ipse súmsero:
Rém geremus márte nostro et cópiis domésticis!
Hóc ubi rescívit ales, ílicet pullís ait:
Núnc profecto próvidendum est, vós ut alio tránsferam:

Nám seges cras démetetur ísta certo cértius,
Quándo is ipse, cúia res est, íllam agendam súscipit.
Hóc erit tibi árgumentum sémper in promptú situm,
Né quid exspectés amicos, quód tute agere póssies.

XCVII.

Vulpes et Simius.

Anímalium potítus imperió Leo
Ea éxsulare e fínibus regní sui,
Honóre caudae quaé carerent, iússerat.
Pavefácta Vulpes, íre in exíliúm parans,
Iam cólligebat vása. Cui cum Símius
Ad régis imperáta iam verténs solum,
Non pértinere edíctum ad íllam, díceret,
Quae tántum caudae habéret, ut supérforet:
Verum, ínquit illa, dícis et recte ádmones;
Sed quí scio, inter íllа, quae caudá carent,
An mé Leo numeráre vel primám velit?
Cui víta sub tyránno agenda cóntigit,
Insóns licet sit, pléctitur saepe út nocens.

XCVIII.

Rusticus et Iuppiter.

Fundúm colendum Rústicus quondam áb Iove
Condúxit, aequa párte cum illo frúctuum,
Hac lége, ut omnem ad ípsius nutúm Deus,
Ad Rústici, inquam, iússa summus Iúppiter
Pluerét, serena fáceret, auras mítteret.
Ita deínde fundus sédulo est coeptús coli,
Sata próvenire et aúcta culmis súrgere,
Praestánte pactas témporum vicés Deo,
Et ad ímperata, núnc citum favóniis,
Nunc úvidum exhibénte, nunc sudum áera.
Fit écce messis: quá spem hiantis Rústici
Vanís aristis stérilis elusít seges.

Subrísit et iactúram eam haud aegré tulit,
Qui témpla coeli tórquet et terraé sola.
Sed spécimen út prudéntiae suaé daret:
Vidés bone, áit, agrícola, quíd profécerint
Abs te ínstitutus ánnus et cultúm solum,
Parénte semper mé tibi et sempér tua
Obnóxiis ad vóta tempestátibus!
Nunc, sí placet, videámus annum hunc próximi
Tu aráto, tu sarríto, tu occato, út soles;
Me síne supérne régere et árbitrió meo
Ventós ciere, núbilum et sudúm dare!
Mea, fáxo, videas, rátio quam praestét tuae.
Haec Iúppiter. Cui cum ádnuisset Rústicus,
Anno ínsequenti vérsus ordo témporum
Laetó replevit vácua proventu hórrea.
Ex íllo omisit hómo Deo praescríbere:
Boníque cuncta, quae ílle praestat, cónsulit.

XCIX.

Leo, Lupus et Vulpes.

Aegrúm Leonem quádrupedes invísere,
Cessánte sola Vúlpe, iam omnes íverant.
Ibi régis aures crédulas nactús Lupus,
Calúmniari et cárpere absentem ínstitit:
Quid eam ímpedire, quíd morari, quó minus
Veníret aegrum régem et ipsa vísere,
Nisi cóntumacem spíritum et supérbiam,
Qua glóriam de rége contemptó petat?
Intérea ad ipsa iám perorantís Lupi
Extréma ferme vérba Vulpes ádfuit,
Ita út probe omnem váfra rem coniécerit.
Infrémuit ira incénsus in Vulpém Leo;
Quae sé tamen gravi éx pavore cólligens,
*Defénsionis ímpe*trato témpore,
Caussám suam est exórsa in hanc senténtiam:

Generóse rex, quis, ínquit, est ex ómnibus,
Quicúmque in hunc coiére regalém specum,
Qui pró salute tám laborarít tua,
Quantum égo? per omnes mísera quae terrás ii,
Omnés medentes, fána consului ómnia,
Utí remedium quaérerem regí meo:
Tandémque reperi. Iússa proferre íllico:
Ut, ínquit, involváre detractá recens
Et adhúc calente pélle viventís lupi.
Sané facile medicámen est, inquít Leo:
Lupus écce adest! Vivéntem eum deglúbite!
Quo fácto, amaris ílla cum facétiis
Convérsa semivívum ad adversárium:
Cur núdum, ait, te in público videó, Lupe?
An fórte fieri vís palaestrita é coquo?
Sic éat, herili quísquis olim grátia
Abúti ad innocéntium pestém volet!

C.

Pater, Filius et Asinus.

Patér senex et gnátus adolescéntulus
Venálem Asellum ad próximae urbis núndinas
Nullá gravatum praé se agebant sárcina.
Hos íntuens qui fórte proximé viam
Arábat, irridére coepit rústicus:
Quod, út tenellos paédagogi herós solent,
Ita ípsi asellum fériatum dúcerent,
Altér senex plane, álter adolescéntulus,
Aetáte uterque, cuí vehiculo opús foret.
Haec pérpulere obnóxium dictís patrem,
Utí iuberet filium conscéndere.
Ecce álius illis óbvius reprehéndere
Senem ínstitit, quod, óbsequens nimís pater,
Iuvenem átque validum fílium sineret vehi,
Iter ípse pedibus fáceret, infirmús senex.

Haec véra visa. Hic fílio iussó pater
Descéndere, ipse insédit usque ad tránsitum
Vici, ád viam iacéntis. Eius íncolae
Notáre pro se quísque coeperúnt senem,
Quod adhúc virenti aetáte vir, alacér, vigens
Veherétur ipse, at fílium tenéllulum
Per tántum itineris cógeret pedibús sequi.
Hanc ílle tantam sústinere nón valens
Invídiam, Aselli clúnibus gnatúm iubet
Post se ínsilire atque ónere duplicató vehi.
Ibi túm viator fórte misericórdia
Commótus Asini: Válde, ait, vile hóc tibi est
Animál, pater: Quid id tám sinistre pérdere
Vastá duorum móle tendis córporum?
His ílle tot pugnántibus senténtiis
Distráctus animum, incértus haesit cónsili,
Cum nón inani, nón onusto tót modis
Asinó, per omnes réprehendentúm vices,
Sine líte posset aút querella prógredi.
Tandem éxperiri et hánc quoque placuít viam,
Intér supini ut cólligatos índito
Pedés Aselli pálo eum ipsi péndulum
Ferrént. Ita humeris praégrave adtollúnt onus.
Tum véro ad illud tam ínsolens spectáculum
Risu émoriri, insánum utrumque dícere,
Vexáre salibus; séd magis multó senem.
Tum dénique ille ira ímpotenti pércitus,
Praecípitem Asellum in máximam malám crucem
Ab ággere alto in próximum flumén dedit.
Plerúmque, qui placére se cunctís studet,
Et se ípse laedit, néc satis cuiquám placet.